BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 L
3/11

E. 8.

12
C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12.3.36

Digitized by Google


L. CÆLII LACTANTII
F I R M I A N I
DIVINARUM INSTITUTIONUM
E P I T O M E
LIBER SINGULARIS.

RECENSUIT, VARIANTIBUS LECTIONIBUS, ANNOTATIONIBUS, CASTIGATIONIBUS, AC DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

FR. EDUARDUS A S. XAVERIO C. E.

ſeptem ἐν τῷ μικρῷ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ad unum τὸ μέγα

ROMÆ, cIↃ.IↃcc.LVIII.
EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI, ET NICOLAI GROSSI
IN ÆDIBUS DE MAXIMIS.

SVPERIORVM PERMISSV.

SOC. IESV * BIBL. SEC. COLL. ROM.

Digitized by Google

Curam redde brevem ſi munus Apolline dignum vis complere libris &c.

Horat.Lib.II.Epiſt. 1.verſ.215.

Digitized by Google

Em̃o , & Rm̃o Principi

C A R O L O

CARDINALI REZZONICO

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

CLEMENTIS XIII.

P. O. M.

EX FRATRE NEPOTI, EJUSDEM A SUP. PLICUM LIBELLORUM MEMORIA, AC S.R.E. VICE CANCELLARIO

FR. EDUARDUS A S. XAVERIO CARM. EXCAL.
S. P. D.

HAud facile eſt , *Princeps Eminentiſſime* , ex hominum cordibus inculcatam ſæpe a pa-

Digitized by Google

rentibus, atque longo ſanguine inveteratam Majorum traditionem evellere. Semel enim ac ſeſe in illis inſinuaverit, cum iiſdem adoleſcit, altiuſque radices figit, quam ut poſtmodum poſſit omnino eradicari. Hoc autem tunc maxime contingere ſolet, quum de re aliqua agitur, quæ cum ad privatas, tum publicas fortunas noſtras ita reſpicit, ut præterita, quam præſentia meliora putemus, & illis cum his ab ingenio collatis, magis illa, quam iſta nobis proficua fore cenſemus. Ne itaque mireris, ſi quum primum perpetua populorum acclamatione vulga-

tum eſt, Patruum Tuum, Sanctiſſimum Virum, atque optimum Eccleſiæ olim Patavinæ Paſtorem, ſalutatum eſſe extemplo Pontificem maximum, ac Chriſti Domini in terris Vicarium conſtitutum, Tèque ad purpuræ honorem deſignatum prius, ac poſtmodum fauſtiſſimo omine èvèctum, tanta univerſæ Firmanorum genti gaudii vis, & lætitiæ magnitudo animos excuſſit, ac ita vehementer commovit, ut ſe intra communis exultationis limites minimè continère potuerit. In mentem ſiquidèm eidem ſtatim ſubiit, parentes ſuos avita libertate aliquando

fruentes tandem ſponte ſua in Romani Pontificis ditionem ea conditione conceſſiſſe, ut per Fratris ſui Filium; vel per alium ab eo delegatum, futuris temporibus tamquam a ſupremo Principe regeretur: & quamquam æquo ſemper animo tulerit, immo in ſinceræ fidei teſſeram ſuæ deditionis ſingulari ſe privilegio donatam eſſe noverit, ut a Sacra Congregatione Firmana, loco illius ſubrogata, gubernaretur, non tamen fieri potuit, quin in Tuas præclariſſimas virtutes, atque morum incomparabilem ſuavitatem cogitationibus injectis, antiquus ſuſcita-
re-

retur gloriæ ardor, ac deſiderium Tui ita inardeſceret, ut faſces ſui, & rerum ſuarum faſtigium Tibi uni, ſi fas eſſet, traderentur. Verum quum hæc fruſtra volvantur animo, nec ſane queant hæc vota foveri, id unum genti noſtræ ſupereſt, ut Te omnes tamquam unum ex ampliſſimis Patribus noſtris humillime, amanterque colamus, atque enixe deprecemus, non cæteris quidem, ut olim jure potuiſſemus, in amore præferri, ſed ſaltem nullis Tibi etiam chariſſimis deinceps poſthaberi. Amor quippe non alia quam amoris mercede re-

rependitur, nec arctius aliquem demereri poſſumus, quam illi ea, quæ noſtra ſunt, ſuo regenda arbitrio committere, ſpe firmiſſima exiſtimantes, nihil eum eſſe prætermiſſurum, quod nobis prodeſſe noſcat, nihilque acturum, quod velit obeſſe.

Hæc communia eſſe Civium Firmanorum intimi ſenſa animi, equidem arbitror, *Cardinalis ampliſſime*, nec Te fortaſſe latet, qui jam eorum nonnullis Tuæ erga eos beneficentiæ indubia præbuiſti argumenta, cunctoſque in ſpem maximam erexiſti. Singuli, quod ſuum erit, ſuo tempore

præ-

præſtituros eſſe conjicio ; at ego , quum diutius differre nolim, quod meum eſt ; nec certius habeam , aut charius obſequii erga Te mei argumentum , amplitudini Tuæ offerendum , dum ad Te gratulaturus accedo , de Tua ſimul , ac de Patrui Tui dignitate , ſummis parta tam laboribus, quam meritis, Civis mei Lactantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum Epitomen , ſuo jampridem authori redditam , atque a me , ut par erat , pro viribus vindicatam , expolitamque , venerabundus exhibeo , ſanctè affirmans , opus , hocce pie-

tate non minus, quam eruditione Tua eſſe digniſſimum, quum id doctrinam contractam contineat reipublicæ Chriſtianæ, hiſce noſtris præſertim temporibus, apprime utilem, atque neceſſariam; Tu vero is profecto ſis, qui eam & dictis docere valeas, & factis comprobare. Quamobrem Tuum Lactantio noſtro reor non eſſe defuturum patrocinium; quod ſi ad me quoque extendere non dedigneris, quantum in me erit, dabo ſemper operam, ne apud indignum, aut immemorem, beneficium collocaſſe videaris. Oro, ut diu, beneque valeas, & expecta-

tio-

Google

tioni noſtræ non ceſſes aliquando reſpondere.

Datum ex Collegio noſtro S. Mariæ de Victoria Urbis A. D. Kalend. Novembris MDCCLVIII.

FR.

J. ✠ M.

FR. RAYNALDUS MARIA A S. JOSEPH

Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ Ordinis B̃m̃æ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ac ejuſdem Sacri Montis Prior.

TEnore præſentium facultatem impertimur Reverendo Patri Eduardo a Sancto Franciſco Xaverio Sacerdoti Profeſſo Provinciæ Noſtræ Romanæ imprimendi Opera omnia Lactantii Firmiani cum notis, & Diſſertationibus ſuis a duobus e noſtris Theologis, recognitis. Datum Romæ in Conventu noſtro SS. Thereſiæ, & Joannis a Cruce pridie Kalendas Decembris 1753.

Fr. Raynaldus Maria a S. Joſeph.

Præpoſitus Generalis.

Fr. Pius a S. Dominico Secretarius.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

DIvinarum Inſtitutionum Libros ſeptem a Caelio Lactantio Firmiano acri judicio conceptos, ſtyloque eleganti exaratos, atque unico volumine comprehenſos, poſt tot editiones ab aliis exornatos, modo in lucem publicam profert Admodum Rev. Pater Eduardus a S.Xaverio Carmelitici Ordinis Diſcalceati Alumnus, quondam Sacræ Theologiæ Prælector, atque inter Supremæ Sac. Inquiſitionis Cenſores adſcitus, notis auctos eruditione multa cum Sacra, tum profana refertos, ac in ſeptem tomos diſtinctos: quos Jubente Reverendiſſimo Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro Patre Joſepho Auguſtino Orſi Ordinis Prædicatorum, magno animi mei oblectamento a capite ad calcem uſque ſedulò luſtravi, attentèque inſpexi, nihilque, quoad eruditum Editorem attinet, invenire potui, quod Fidei adverſetur Catholicæ, boniſque moribus ſit contrarium, ac in Summos Principes injurium. Ubi ſe offert occaſio clariſſimus Author Veræ Fidei inconcuſſa dogmata, atque Sanctæ Eccleſiæ vetuſtos ritus vindicat, ac tuetur, a deliriis, & impoſturis Eterodoxorum, quos ſic impiè obloquentes charitativè admonet, ac blande adhortatur, ut relicta via, quæ ducit ad Tartara, eam ineant, quæ iter pandit ad gloriam. Imo ſi in Textu Lactantiano aliquid offendit, quod ad juſtam Fidei regulam non ſit exactum, vel a Fide ipſa exorbitet, fatetur aperte, aſſeritque, Lactantium in Millenariorum errorem prolapſum, eumdemque erraſſe in libro in ſcripto *de Vita Beata*, ubi loquitur de Elia, nulla prorſus mentione facta de Enoch contra librum Apocalypſeos. Quod in aliis approbationibus librorum a noſtro Authore editorum abſque ulla aſſentationi-

tionibus umbra me dixiſſe, memini, idipſum repetere, ac confirmare in hacce præſenti jure debebam. Sic ſentiebam ex Ædibus S. Patris Franciſci ad Ripas Tyberis octavo Kal. Septemb. anno reparatæ ſalutis ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto ſupra milleſimum.

F. Franciſcus Antonio a Colle-Longo Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ S. P. Franciſci Sac. Theologiæ Lector emeritus, ac Sacrorum Rituum Congregationis Conſultor.

AP-

APPROBATIO OPERIS.

QUod auctoritate Sac.Palatii Apoſtlici Magiſtri, injunctum mihi fuerat, perfeci, maxima. qua potui, ſcilicet, diligentia perlegens, Commentaria, & Diſſertationes, quæ in ſingula Lactantii Firmiani opera elaboravit vir eruditione præſtans Pater Eduardus Franceſchini a S.Franciſco Xaverio excalceatus Carmelita. In his, magna animi voluptate, ingenii acumen, doctrinæ robur, ſcribendi elegantiam, argumentorum vim, & copiam, atque facundiam inſpexi; neque quidpiam, ullibi, obſervare mihi licuit, quod Catholicæ Fidei, honeſtiſque moribus repugnaret: quare ſi, publici juris fiant arbitror plurimam inde, legentibus utilitatem provenire poſſe. Romæ ex Monaſterio S. Agnetis extra Muros Urqis die xv. Aprilis anni 1754.

D.Thomas Rita Præſes, & L.Emeritus.

ERuditione, Doctrina, Methodo, Diligentia, cæteriſque Dotibus, quæ Authorum ſcripta commendant, abunde coruſcant Commentaria, & Diſſertationes, quæ in omnia Lactantii Firmiani Opera Vir Cl. P.Eduardus Franceſchini a S. Franciſco Xaverio elucubravit, & non vulgari cum ſui Nominis Gloria editurus eſt. Quapropter quum jubente Reverendiſſimo P.Mag.Sac.Pal.Apoſt. Opus integrnm attente perlegerim, & nihil in eis, quod Fidei Dogmatibus, aut morum integritati adverſetur, invenerim, Typis vulganda cenſeo. Romæ ipſis Kal. April. Anni 1754.

Michael Joſeph Morei Archadiæ
Cuſtos Generalis.

IM-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F.M. de Rubeis Patriar. Conſtantinop. Viceſgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Rm̃i Patris Sacri Palatii Apoſtolici Mag. Ord. Prædic.

L.CÆ-

Digitized by Google

L. CÆLII
LACTANTII
FIRMIANI
DIVINARUM INSTITUTIONUM
AD PENEADIUM FRATREM
EPITOME

I.

QUanquam [a] divinarum Inſtitutionum libri, quos jam pridem [b] ad illuſtrandam veritatem [c], religionemque [d] conſcripſimus [e], ita legentium mentes inſtruant, ita informent; ut [f] nec prolixitas pariat faſtidium [g], nec oneret ubertas; tamen horum tibi Epitomen fieri, PENTADI frater [h], deſideras; credo, ut ad te ſcri-

Digitized by Google

bam [i], tuumque nomen in noſtro qualicunque opere celebretur. Fa-

a *Quamquam*. Quum per hanc eandem vocem inchoaſſet Lactantius librum *de Opificio Dei* inſcriptum, oſcitans Librarius amanuenſis utrumque confudit in Codice Taurinenſi, qui unus hoc nobis opus ſervavit. Hanc conjecturam indicavit Maffejus in Epiſtola ad Apolum Zenum datam, quam exhibuimus Diſſ. XI. a §. V. Vide ibidem §. III. XI., & ſeq.

b *Quos jam pridem*. Hæc verba a nobis expenſa ſunt Diſſ. XI. §. I., & infra cap. VI. ad examen revocabimus, ut de operis hujus ætate clarior appareat conjectura.

c *Ad illuſtrandam veritatem*. Ms. *inluſtrandam*. Sic pariter in Cod. Ms. Bon. Lib. I. cap. II. ſeg. I.

d *Religionemque*. Ms. *regionemque*.

e *Conſcripſimus*. Ms. *conſcribſimus*. Ut ſæpe in Cod. Bon.

f *Ita legentium mentes inſtruant, ita informent, ut*: quamquam in Ms. Tò *informent* non appareat, ſpatium tamen indicat, & ipſa antecedens particula oſtendit, verbum aliquod deeſſe. Iccirco lego cum Pfaffio, Maffejo, Daviſio, Walchio, Langletio; non autem cum Heum., & Bunem., qui ex Anonym. Clerici delendum potius ſecundum *ita*, quam addendam judicant indicatam vocem. Philologi enim ſupplendi defectus jus habent in Mss., in quibus, ut in noſtro contigit, id locus mutilus exigit; at delendi voces, quæ ibidem extant, officii ſui ratio non patitur. Adde Pfaffii *Præfat.* ad hoc opus §. XVI., ut noſcas, quam peſſime ſe habeat prima pagina Ms. Cod., quod innuit etiam Maffejus in ſua laudata ſuperius Epiſtola. Pa-

g *Pariat faſtidium* . Sulpicius Severus Lactantianæ eloquentiæ characterem ſæpe adumbrat, unde nil mirum ſi in vita S. Martini cap. I. hanc phraſim uſurpat, ut notavit Bunemannus .

h *Pentadi frater* . Hunc Lactantii germanum fratrem fuiſſe, diximus Diſſ. II. §. xxxix., & Diſſ. xi. §. xviii. contra Daviſium, qui heic id non liquido conſtare ait, ex eo, quod veteres Chriſtiani, fratris vocabulo ſe invicem appellarent. Sed non quid alii facerent, ſed quid ipſe fecerit Lactantius heic erat expendendum, ut conjecturæ locus eſſet . Quum itaque nullus alius, ex iis, quibus libros ſuos nuncupavit Noſter, hocce titulo ſit donatus ; non eſt quare ſuſpicemur nunc hoc ab eo primum factum eſſe.

i *Ut ad te aliquid ſcribam* . Sic in Ms. nec video quare in prima editione, & in Daviſiana, ac Walchiana Tò *aliquid* ſit omiſſum . Hinc diſce etiam Lactantianis temporibus homines fuiſſe, qui ſcriptis cl. virorum nomen ſuum celebrari maximopere deſiderabant; Sicuti Cicero longe antea dixerat Luccejo ſcribens : *Epiſt. Fam.* xii. Lib. v. *Ardeo cupiditate incredibili , neque , ut ego arbitror , reprehendenda , nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur , & celebretur tuis* &c.

2

Faciam quod poſtulas *a*, etſi difficile

A 2 vi-

a *Faciam quod poſtulas* . Idem Cicero ſæpe in Epiſtolis hac utitur dicendi formula .

b *Quæ ſeptem maximis voluminibus* . Ms. in prima voce

videtur ea, quæ ſeptem maximis voluminibus [b] explicata ſunt, in unum conferre [c].

voce omittit diphthongum, ut ſæpe accidit in Cod. Bon.

c *In unum conferre*. Heum. *ſubaudi*, inquit, *volumen*. Langletius autem: *adde* ait *volumen*; ſed *in unum conferre* etiam abſolute, & eleganter dicitur pro eo, quod eſt plura ſimul afferre. Livius XXVII. cap. XXIX. *Aut conferre in unum vires pateretur*.

§ 3 §

Fit enim totum & minus plenum [a], quum tanta rerum multitudo in auguſtum coarctan-

a *Fit enim totum & minus plenum* &c. Sic Maſſ. & Pfaff. Langletiuſque, & Walchius. At Daviſius: *omnino legendum*, ait, *Fiet enim*. Heum. vero: *Reſcribo*, inquit, *reipſa mihi ſuffragante, ita: Fiet enim mutilium, ſubaudi, volumen hoc*. Quod repetit in Append. II. *ad Sympoſ.* pag. 250. Bunem. lectionem intactam ſervat, exponendo conjunctionem & quaſi diceret: *partim*. Mihi vero nec correctione, nec expoſitione egere locus iſte videtur, quum recte, & obvie intelligatur, quod opus totum brevitate fit minus clarum, minuſque plenum, quum rerum multitudo in anguſtum coarctatur: Unde Horatius *de Arte Poet.* a ℣. 25.

. . . . *Brevis eſſe laboro:*
Obſcuro fio.

ctanda [b] ſit, & brevitate ipſa [c] minus clarum, maxime quum, & argumenta plurima, & exempla, in quibus lumen eſt probationum[d], neceſſe ſit præteriri [e]; quoniam tanta eorum copia eſt, ut vel ſola librum conficere poſſint.

---

b *In anguſtum coarctanda*, Anonymus Clerici teſtatur, duo priora verba abeſſe a Ms., in quo legitur *coartanda*. Bene Pfaff. ſupplevit detriti Codicis defectum; nam phraſi Lactantiana eſt Lib. VII. c. XVI. ſeg. 10., & ſpatium vacuum a characteribus impletur.

c *Brevitate ipſa*. Ms. *brebitate*, ut infra *brebiare*, & ſæpe in Cod. Bon. *b* pro *v*, & contra, uſurpatum notavimus.

d *In quibus lumen eſt probationum*: Daviſius notat: *quibus argumenta fiunt clariora, & ad perſuadendum lectorem magis idonea*. Quod verum eſt. Mox ſubdit: *Eodem ſenſu Figuræ Rhetoribus dicuntur Orationis lumina*. Hoc falſum; nam non eodem; ſed diverſo ſenſu lumina dicuntur argumenta, exempla, & figuræ: illa nimirum ad ſuadendum, iſta ad ornandum pertinent; nec contrarium docet Quintilianus Lib. IX. ubi de tropis, & figuris agit; non de argumentis.

e *Præteriri*. Ms. legit ſine diphthongo.

4

Quibus ſublatis, quid poterit utile, quid apertum videri [a]? Sed enitar, quantum

res ſinit, & diffuſa ſubſtringere [b], & prolixa breviare [c]; ſic tamen, ut neque res ad copiam, neque claritas ad intelligentiam deeſſe videatur in hoc opere, quo in lucem veritas protrahenda eſt [d].

---

a *Quid poterit utile, quid apertum videri?* In Ms. ſic legitur; *quid poterit . . . . . quid apertum videri* Lacunam Pfaffius implevit, & pro *poterit* poſuit *poteſt*; quia tamen ſpatium vacuum amplior eſt voce illa *utile*, loco ipſius Bunem. mallet ſubſtitui *perſpicuum*. Heum. omnia quæ mediant a *poſſint*; ad *ſed enitari*: delenda videntur.

b *Diffuſa ſubſtringere*. Sæpe hac phraſi utitur Lactantius, ut diligenter heic notavit Bunem.

c *Breviare*. Verbum hocce paſſim apud Quintilianum legitur, & aliquando apud Severum Sulpicium. Bunem. ablegat ad Omeiſium in notis ad *Juvenc. Hiſt. Evangel* Lib. IV. ℣. 135.

d *Protrahenda eſt*. Hiſce verbis finem prephationi imponunt Daviſius, & Bunem., Walchius, & omnium primus Pfaff. At Heum. ex utroque Anonymo animadvertens punctum in Ms. eſſe appoſitum poſt Tò *videatur*, ibidem eandem abſolvit. Utraque diviſio commoda eſt.

C A P. I.

§ I

PRima incidit quæſtio, ſitne aliqua providentia [a], quæ aut fecerit aut regat mundum.

dum . Eſſe nemini dubium eſt , ſiquidem omnium fere Philoſophorum , præter ſcholam Epicuri [b] , una vox , una ſententia eſt [c] , nec fieri ſine artifice Deo potuiſſe mundum , nec ſine rectore conſtare .

A 4 Ita-

---

a *Sitne aliqua providentia ?* Lib. I. cap. II. ſeg. 1. *Non putavit*, inquit, *adeo neceſſarium ab illa quæſtione initium ſumere , quæ videtur prima eſſe natura : ſit ne Providenti ?* &c. Nam quatuor exceptis , omnes alii philoſophi illam ſtrenue propugnarunt . Heic breviter hac eadem ratione quæſtionem illam diſſolvit , de qua vide annotata a nobis ad cap. IX. *de Ira Dei* .

b *Præter ſcholam Epicuri* . Quamquam ante Epicurum , ut Noſter innuit Lib.I. cap.II. ſeg. 2. alii fuerunt philoſophi Sectæ Eleaticæ , & Theodorus Cyrenaicæ , qui providentiam denegarunt ; non tamen Sectarum earum impia hæc opinio aliquando fuit ; ſed delirantium quorundam deſertorum illarum , quos Epicuro ita præiviſſe , conſtat , ut eidem tantæ impietatis magiſterium reliquerint . Vide Diſſ. XL. cap. XIX. §. 1.

c *Una vox , una ſententia eſt* &c. Petrus Baelius nullum immotum reliquit lapidem , præſertim *Tom. I. Contin. des Penſ diverſ.* &c. ut falſam hanc propoſitionem oſtenderet , vimque totius argumenti elevaret a populorum conſenſu deducti , univerſim recepit , & a philoſophis non minus , quam a Theologis cujuſvis temporis adhibiti ; ea potiſſimum ratione fretus , quod athei nunquam in orbe univerſo defuerunt ; quæ quidem aſſeveratio , etſi illi in tota ex-

extentione concederetur, illud tantum conſequens eſſet: inter homines nimirum, impios numquam defuiſſe; non tamen evinceret, communem omnium gentium non fuiſſe de Providentia notitiam; quemadmodum ex eo, quod ſemper in univerſo aliqui fuerint dementes, & cœci, inferri non poteſt, falſum eſſe, quod homines communiter mentis ſuæ compores ſint, ac viſu prædit oculorum.

2

Itaque non ſolum a doctiſſimis viris, ſed & omnium mortalium teſtimoniis, ac ſenſibus coarguitur Epicurus.

3

Quis enim de providentia dubitet, quum videat cælos, terramque ſic diſpoſita, ſic temperata eſſe univerſa, ut non modo [a] ad pulchritudinem, ornatumque mirabilem; ſed ad uſum quoque hominum, cæterorumque viventium commoditatem aptiſſime convenirent?

Non

a *Sic diſpoſita, ſic temperata eſſe univerſa, ut non modo* &c. Particula *ut* in Ms. deſideratur. Obſervandum heic, quod licet præceſſerint maſculinum, & fœmininum, utrique neutrum jungitur plurale. Daviſius mallet: *ſic temperata eſſe, ut univerſa* &c.

4

Non poteſt igitur, quod ratione conſtat, ſine ratione cœpiſſe [a] .

---

a *Sine ratione cœpiſſe* . Pfaffius , Walchius , & Heuman. hocce caput protrahunt uſque ad *ſequitur* . Sed Daviſius Bunem. , & Langletius optime viderunt , loci ſenſum inepta diſtinctione eſſe turbatum ; nec eſſe opus cum Heumanno legere : *Quare tam certum eſt* .

C A P I I.

1

QUoniam certum eſt [a] , eſſe providentiam ſequitur alia quæſtio , utrumne Deus unus an plures ? quæ quidem multum habet ambiguitatis [b] . Diſſentiunt enim [c] non modo ſinguli inter ſe , verum etiam populi , atque gentes . Sed

---

a *Quoniam certum eſt* &c. Ex univerſi productione , ac diſpoſitione ; nec non ab omnium gentium confeſſione , demonſtrata providentia divina , ad unitatem oſtendendam tranſit Lactantius , & in hocce capite ea tradit , quæ Lib. I. cap. III. docuerat .

b *Multum habet ambiguitatis* . Sic recte Pfaffius lectionem in Ms. Cod. vitiatam reſtituit , ubi habetur *ambiguitas* .

c *Diſſentiunt enim* &c. Idem Baelius ubi ſupra §. xxv. Lactantium ridet, & recitans verba ſeg. 4. cap. I. Lib. I. *Nec difficile ſane fuit, paucorum hominum prave ſentientium redarguere mendacia teſtimonio populorum, atque gentium, in hac una re non diſſidentium*. Subdit, eum non animadvertiſſe ſuum argutandi modum ruinoſum eſſe, eo præſertim tempore, quo Cicero eadem utebatur argumentandi ratione. Tunc ſiquidem dogma de unitate Dei vigebat ſolummodo apud populum Judaicum, qui idololatrum comparatione non ſolum gens minima erat; ſed, teſte Tacito Hiſt. Lib. v. cap. v. audiebat: *contumelia numinum inſignis*. Nunc obſerva lector inſani veteratoris aſtutiam, quæ hiſce Lactantii verbis heic tibi præpoſitis manifeſte detegitur, ac ſimul una confutatur. Illuc enim Noſter de Dei providentia adverſus Epicurum agebat, & jure optimo ex teſtimonio omnium gentium, & populorum, facile Ciceroni fuiſſe aſſeruit, paucorum delirantium hominum errorem maximum refellere; nec quicquam de Dei unitate diſſeruit. Heic vero, ubi de hac quæſtione agendum eſt, ſicuti fecerat Lib. I. cap. III., manifeſte fatetur, non modo philoſophos inter ſe diſſidere; verum etiam populos, atque gentes circa eam diſſentire; quos iccirco alio argumentorum genere aggreditur, atque expugnat; intacta non ſolum; ſed magis, magiſque firmata præjacti fundamenti ſtabilitate. Nam demonſtrando, quod hominum in quæſtionibus diſſenſus, eas difficiles, & obſcuras oſtendit, demonſtratur etiam, quod aſſenſus in unam partem communis, illam conſtituit ſanis mentibus certiſſimam. Cave ergo a libris hujuſce impoſtoris, utpote qui ejuſmodi dolis, ac mendaciis paſſim ſunt diabolico artificio referti. Sed

2

Sed qui rationem ſequetur, intelliget [a] nec Dominum eſſe poſſe niſi unum, nec Patrem niſi unum. Nam ſi Deus, qui omnia condidit, & idem Dominus, & idem Pater eſt, unus ſit, neceſſe eſt, ut idem ſit caput, idemque fons rerum.

a *Sed qui rationem ſequetur*, *intelliget*. Ms. *intelleget*, ut ſæpe in Cod. Bon. obſervavimus. Optime heic rationem Noſter appellat; ea enim ſi bene utatur homo, Dei unitatem dignoſcat, omnino neceſſe eſt. Nec ad populorum hac in parte conſenſum provocat.

3

Nec poteſt aliter ſumma conſiſtere [a], niſi ad unum cuncta referantur, niſi unus teneat gubernaculum, niſi unus frena moderetur, regatque univerſa membra, tamquam mens una.

a *Nec poteſt aliter ſumma conſiſtere*. Lib.I.cap.III. ſeg.18. *non poterit ſumma ipſa conſtare*. Sic etiam Lib. *de ira Dei* Cap.XI. ſeg.3. *ſumma ipſa decreſcit*. Pfaff., Daviſius, Walchius, Langletius addunt: *rerum*, quæ vox abeſt a Ms. teſte Anonym. Clerici.

4

Si multi ſint in examine apum reges, peribunt, aut diſſipabuntur, dum *Re-*

Regibus inceſſit[a] *magno diſcordia motu.* Si plures in armento duces, tam diu prælia-buntur, donec unus obtineat[b]; ſi multi in exercitu Imperatores, nec pareri poterit a milite, quum diverſa jubeantur, nec ab iis ipſis unitas obtineri, quum ſibi quiſque pro moribus conſulat[c].

---

a *Regibus inceſſit* &c. Carmen Virgilianum eſt ex *V. Geor.* ỷ.68. Colum. de R.R. cap.IX., & XI. Lib.I. Pallad. Men. Jun. Lib.VII. Jul. VI. & IX.; & Lacerda ad Virgil.

b *Donec unus obtineat.* Noſter eodem prorſus ſenſu hoc verbo utitur Lib.III. cap.XXI. ſeg.4. Petron. Satyric. cap.II. *corruptæ eloquentiæ regula ſtetit, & obtinuit.* Quod male Goldaſtus in *Dedic.* ante *Decreta Imper. de cultu Imag.* emendare voluiſſe videtur, quum ait: *Corruptæ Religionis Regula ſtetit, & obrutuit.*

c *Pro moribus conſulat.* Daviſ. in addendis pag. 256. ait: *Omnino legendum: pro viribus. Hujuſce generis argutias videas licet apud Minc. Felicem Octav. cap.* XVIII. *Cyprian. de Idol. van.* pag. 11., & Noſtrum *de Ira Dei* cap.XI. 4. Cum eo facit Bunemannus. Heum. marte ſuo: *Ego* inquit, reſcripſerim: *potiſſimum.* Nos vero cum Pfaffio, & Anymo Brittanno lectionem Ms. congruam retinemus, utpote Lactantio dignam, & uſitatam Lib.V. cap.XI. ſeg.6. & cap.XVII. ſeg.3. Al. XVI. ejuſdem Libri.

5

Sic in hac mundi Republica[a] niſi unus fuiſ-

fuiſſet moderator, qui & conditor, aut ſoluta fuiſſet hæc moles [b], aut nec condi quidem potuiſſet [c].

---

a *Sic in hac mundi Republica.* Ms. *Rep.*

b *Soluta fuiſſet hæc moles.* Pfaff. edidit: *Omnis hæc moles*; ſed prima vox abeſt a Ms., & Anonym. Cler. Heum. Bun. merito eam delent.

c *Nec condi quidem potuiſſet.* Pfaff. edidit: *omnino potuiſſet*. Sed in Ms. vox addita non adeſt Bun. mallet: *ne condi quidem. Prout*, addit Daviſius, *flagitat latinitatis ratio*. Non ita tamen, ut exempla apud latinos non reperiantur pro noſtri Codicis lectione retinenda. Plin. Lib.VIII. cap.XXXVI. *quippe nec ſomno quidem*. Quam lectionem probatiſſimi retinent libri tam Mss., quam typis editi, nec non philologi, quos alibi me laudaſſe, memini.

6

Præterea in multis non poteſt eſſe totum, quum ſinguli ſua officia, ac ſuas obtineant poteſtates. Nullus igitur eorum poterit omnipotens nuncupari, quod eſt verum cognomentum Dei, quoniam, id ſolum poterit, quod in ipſo eſt, quod autem in aliis, nec audebit attingere [a].

Non

---

a *Non audebit attingere*: Sic in Ms. At Pfaff. edidit: *Nec audebit*.

7

Non Vulcanus ſibi aquam vindicabit [a], aut Neptunus ignem [b], non Ceres [c] artium peritiam [d], nec Minerva frugum [e], non arma Mercurius [f], nec Mars lyram [g], non Jupiter

a *Non Wulcanus ſibi aquam vindicabit*. Ms. *vindicavit*; Sed bene Pfaff. *forſan*, ait, *legendum*: *vindicabit*; *nam v* cum *b* fere ſemper tam in Cod. Bon., quam in Taurinenſi permutatur. Adde Anonym. Clerici, qui ſe legiſſe in Cod. teſtatur: *vindicabit*. De Vulcano, cæteriſque numinibus, ac de rebus unicuique aſſignatis vide Diſſ.xxvii. cap. III. ſpeciatim vero de eo egimus Lib.I. cap.xii. 7. xv. 9. xviii. 21. Lib.II. cap.vii. Al. vi. 2.

b *Aut Neptunus ignem*. De eo vide ad Lib.I. cap.x. 3. xi. 32. 34. xv. 26. &c.

c *Non Ceres*. Vide ad Lib.I. cap.xviii.18. xxi. 24. & Lib.II. 28.

d *Nec Minerva frugum*. Vide ad Lib.I. cap.xi. 39. xv. 9. xviii. 1.

e *Non arma Mercurius*. Vide ad Lib.I. cap.vi. 2. x. 7. &c.

f *Nec Mars Lyram*. Vide ad Lib.I. cap.x.4. &c.

g *Non Jupiter medicinam*. Vide ad Lib. I. a cap.vii. ſeq., & adde Lib.I. cap.xxvii. 12.

h *Nec Aſclepius Fulmen*. Is idem eſt ac Æſculapius de quo Lib.I. cap.x. ſeq. & infra cap.viii. ſeg.2.

i *Facilius illud ab alio jactum ſuſcipiet*. Ms. *facilius illut*: ut ſæpe etiam in Bon. Cod. notavimus. Heum.

piter medicinam [h], nec Aſclepius fulmen [i]: facilius illud ab alio jactum ſuſcipiet [k], quam ipſe torquebit.

Heum. heic: *Reſcribo*, ait, *qui facilius id ab illo*: *Reſpicitur enim mors Æſculapii fulmine a Jove trajecti*. Alluſio vera. Lectio omnino arbitraria.

k *Torquebit*. Haſtas, fulmina, tela *torquere*, ſeu *torquendo jacere*, Cicero, Virgilius, aliique latini in dicendo principes uſurparunt.

8

Si ergo ſinguli non poſſunt omnia, minus habent virium, minus poteſtatis: is autem [a] Deus putandus eſt [b], qui poteſt totum, quam qui de toto minimum.

CAP.

a *Is autem Deus putandus eſt*: Etſi Anonymus Clerici, & ex eo Heum., & Bunem. legunt; *habendus eſt*, & hanc lectionem eſſe Ms. dicunt: non tamen fidendum eſt; nam characterum ductus Pfaffianam, ac Maffejanam lectionem potius exhibent, quam propterea retinemus. Vide ſpecimen Ms. ab eodem Bunem. exhibitum pag.1220.

b *Qui poteſt totum, quam qui de toto minimum*: Pfaff. edidit: *qui poteſt totum, non qui* &c. Ms. ex Maffejo habet: *quo poteſt*: Lactantius Lib.I. cap.III. ſeg.6. *Virtutis autem perfecta natura in eo poteſt eſſe, in quo totum eſt, quam in eo, in quo pars exigua de toto eſt*. Vide ibidem annotata. Anonym. Brittan.; Daviſ., Bunem. nobiſcum legunt. Heum., Walch., & Langletius Pfaffium ſequuntur.

C A P. I I I.

§ 1 §

UNus igitur Deus eſt, præfectus, æternus, incorruptibilis, impaſſibilis [a], nulli rei, poteſtative [b] ſubjectus: ipſe omnia poſſidens, omnia regens, quem nec æſtimare ſenſu valeat humana mens, nec eloqui lingua mortalis. Sublimior enim, ac major eſt, quam ut poſſit aut cogitatione hominis, aut ſermone comprehendi.

---

a *Impaſſibilis*. Ms. *inpaſſibilis*. ut ſæpe in Cod. Bon. Quæ in hocce capite continentur, iis reſpondent, quæ de unitate Dei poetæ pagani dixerunt. Lib.I. cap.v.

b *Poteſtative*: Id eſt; *vel poteſtati*.

§ 2 §

Denique, ut taceam de Prophetis [a], unius Dei prædicatoribus, Poetæ quoque, & Phi-

---

a *Denique ut taceamus de prophetis*; De iis nonnulla præjecerat Lib.I. cap.iv. Lactantius, quibus & preoccupavit Ethnicorum mentes, ad ea, quæ Lib. iv. erat producturus, & ſimul incredulorum momenta deſtruxit, quæ poſtmodum Spinoziſtæ ab Orco revocarunt.

Google

Philoſophi & Vates [b] teſtimonium ſingulari Deo [c] perhibent .

b *Et vates* . Hæc verba etſi abeſſe videantur a Ms. apte tamen a Pfaffio reſtituta ab omnibus dicuntur ex L. I. cap. v. ſeg. 2. , Equidem nihil reperio ibidem , quod exigat heic haſce voces , bene tamen ex cap.v. Epit.

c *Singulari Deo*. Ad eſprimendam Dei unitatem ſic ſæpe Lactantius loquitur .

3

Orpheus principalem Deum dicit [a] , qui cælum, ſolemque cum cæteris aſtris , qui terram , qui maria condiderit .

a *Orpheus principalem Deum dicit* . De Orpheo , ac de iis , quæ de Deo uno ab eo prolata dicuntur , vide ad L. I. cap. 2. ſeg. 4. ſeq. Circa puritatem ſecundæ vocis , alibi dixi , eam adhibuiſſe Ciceronem *de Fato* , aliosque bonos , & Latinos ſcriptores .

4

Item noſter Maro [a] ſummum Deum modo ſpiritum , modo mentem nuncupat [b] , eum-

a *Noſter Maro* . Carmina Virgilii , in quibus ea leguntur , quæ ſunt heic indicata, habes L. I. cap. v. ſeg.11., & L.VII. cap.III. ſeg.5., & *de Ira* c.XI. ſeg.5.

b *Modo ſpiritum , modo mentem nuncupat* . Petrus Bac-

eamque velut membris infuſam totius mundi corpus agitare; item Deum per profunda cæli, per tractus maris,terrarumque diſcurrere, atque ab eo univerſas animantes trahere vitam. Ne

Baelius, ut ſui ingenii acumen oſtentaret, atque præcipuis Eccleſiæ Patribus, qui hujuſmodi teſtimoniis adverſus Polytheiſtas uſi ſunt, ſe in argutando præponeret, *Continuat. des penſ. diverſ.* §. xxvi. familiarem ſuum hiſce verbis adverſus hocce argumentum monet: *Ne vous arretez pas au terme de ſpiritus, car il ne ſignifie point un etre non etendu; ma un etre dont l'etendue eſt inſenſible, & qui comme la matiere ſubtile de Mr. Deſcartes ſe repand, e s'inſinue par tout* &c. Unde alibi, nempe §. cv. quaſi triumphum agens ait: *Les Auteurs Chretien recueillent comme de la manne tuous les paſſages de cette nature, afin de prouver que nos grandes veritez ont ètè concies aux Gentils; ma ils devroient prendre garde, que toutes ces expreſſions ſont fondèes ſur le principe tres-impie ou, que le monde a ètè forme de la ſubſtance de Dieu* &c. quæ ſi cum iis conferantur, de quibus mentio fit locis Lactantii laudatis, ſtatim impoſtura detegetur; quamquam enim Ethnicorum, præcipue Stoicorum, placita minime cohærerent, neç commode poſſent *ad ſupremum,quem colimus, Deum, referri*, ut Parkerus in ſuo *tentamine* L. II. cap. I. ſeq. operoſe oſtendere conatur; non tamen inde concluditur, eos ignoraſſe, atque profeſſos non eſſe, Dei ſummi unitatem, quoniam manifeſta eſt Ciceronis ſententia a Noſtro laudata L. I. cap. v. ſeg. 25., ubi ait: *Nec vero Deus ipſe, qui intelligitur a nobis, alio modo intel-*

intelligi poteſt , niſi mens ſoluta quadam, & libera , & ſegregata ab omni concretione mortali . Unum itaque Deum eſſe noverunt, & palam profeſſi ſunt; omni materia expertem; quamquam componere cum hac unitate neſcirent quomodo res omnes creatas ab eo penderent,atque gubernarentur;& iccirco in abſurdas deinde opiniones abierunt. Vide Diſſ.xxix. cap. vii. ſ. ii.

5

Ne Ovidius quidem [a] ignoravit a Deo inſtructum eſſe mundum , quem interdum opificem rerum , interdum mundi fabricatorem vocat.

a *Ne Ovidius quidem*: Præſertim Metam. Lib.I., & xv. cujus verſus recitavimus ad L.I. cap.v. ſeg.13. ubi de eo Noſter mentionem fecit.

CAP. IV.

1

SEd veniamus ad Philoſophos , quorum certior habetur authoritas [a],quam Poetarum . Plato monarchiam adſerit , [b] unum Deum

a *Authoritas*: Ms. *auttoritas* , ut in Cod. Bon. aliquando legitur.

Deum dicens, a quo ſit mundus inſtructus, & mirabili ratione perfectus [c].

b *Plato monarchiam aſſerit*. Prima vox deſideratur in Ms., ſed recte reſtituta eſt a Pfaffio ex L. I. cap. v. ſeg. 23.; ubi ex S. Juſtino ſententiam Noſtri confirmavimus. Poſſent heic Minucius Felix, Tertullianus, aliique plurimi ex antiquis Eccleſiaſticis Scriptoribus addi; ſed puto unum ſatis eſſe Platonem ipſum, & quidem in *Timæo*, in quo totius Platonicæ phyſiologiæ ratio ita expoſita eſt, ut duo ſint rerum omnium principia, unum *a quo omnia*, & hoc Deum appellat, aliud *ex quo*, & hoc materiam, dicit: quæ etſi videtur ab eo ſtatui, quaſi Deo ipſi coæterna; tamen ab ipſius nutu ſic dependens aſſeritur, ut *quum vellet Deus bona omnia facere, nihil vero, quod natura pateretur malum, quidquid erat, quod in cernendi ſenſum cadere poſſet, aſſumpſiſſe; non tranquillum, & quietum; ſed temere agitatum, & fluitans, idque ex inordinata jactatione redegiſſe in ordinem*. Adde Alcinoi *Lineam. Doctrin. Plat. cap. x.* ex quibus Petri Baelii doloſas aſſertiones, & cavillationes, quas circa Platonis theologiam adſtruit. *Contin. des Penſ. div.* §. XXXI. cap. LXVIII. & *Rep. aux. queſt. d'un Prov.* Tom. IV. cap. XVIII. §. IX. n. 2. omnino diſſolvimus.

c *Inſtructus, & mirabili ratione perfectus*. Lact. idem L. II. cap. IX. Al. VIII. ſeg. 50. *mundum providentia inſtructum*. Copula in Pfaffiana, Daviſiana, ac Walchiana editione deficit. Heum. Bunem. & Langletius ex Anonymo Clerici, & Ms. reſtituerunt.

2

Ariſtoteles [a] auditor ejus unam eſſe mentem,

tem, quæ mundo præſideat, confitetur. Antiſthenes [b] unum eſſe dicit naturalem Deum, totius ſummæ gubernatorem [c].

a *Ariſtoteles* &c. Reſpicit dicta L.1. c. v. ſeg. 22. neque memini aliquem inveniſſe, qui hoc negaret.

b *Antiſthenes*. De eo diximus L.1. cap.v. ſeg. 18. & apud Ciceronem L. I. *de Nat. Deor.* expreſſe habetur: *Antiſthenes in eo libro, qui Phyſicus inſcribitur, populares Deos multos, naturalem unum eſſe dicens* &c.

c *Totius ſummæ gubernatorem*. Pfaffius ſic lectionem reſtituit Ms. ubi legitur: *Titius*, aut *utius*. Langletius legi poſſe putat *hujus*. L. I. cap. v. ſeg. 18., ubi hanc eandem ſententiam Noſter refert, ait: *ſummæ totius artificem*.

3

Longum eſt recenſere [a], quæ de ſummo Deo vel Thales, vel Pythagoras [b], & Anaximenes [c] antea, vel poſtmodum Stoici, Cleantes

a *Longum eſt recenſere*. Sic etiam L. *de Ira Dei* Cap. VII. ſeg. 12.

b *Thales*. De ipſius circa Dei unitatem ſententia, vide dicta, & annotata ad cap. v. Lib. I. ſeg. 12., ex quibus refellitur Baelius *Cont. de Penſ.* §. LXVI. utpote qui de aquæ principio *ex quo* omnia fieri putavit Thales, mentionem fecit; præteriens *Mentem*, quam Deum, & principium, a quo omnia efficiuntur, ille apertiſſime docuerat.

tes[c], & Chryſippus, & Zenon [d], vel noſtrorum Seneca [e], Stoicos ſecutus [f], & ipſe Tullius predicaverint [g], quum hi omnes, & quid ſit Deus, definere tentaverint, & ab eo ſolo regi

c *Pythagoras*. Lib. I. cap. v. ſeg. 17. de eo cum Noſtro locuti ſumus. Laertius L. VIII. ſeg. 25. Alexandrum in Pythagoricis commentariis inveniſſe refert: *Principium quidem omnium eſſe unitatem*: Seu ut Aldobrand. ibidem legit nota 117. *Omnium rerum id, quod unum eſt, eſſe initium*. Et hinc ſecundum Hieroclem p. 166. Deus a Pythagoricis non ſolum *Mens*, ut ait Plutar. *de Plac.* L. I. cap. III.; verum etiam, *numerus numerorum* appellatur. Ideoque bono jure Codvvorthus inter unitatis divinæ aſſertores Pythagoram cum Lactantio recenſuit,& injuria Baelius eum ubi ſupra §. LXV. n. 11. falſi inſimulat.

d *Anaximenes*. Ejus de Deo opinionem Noſter indicavit Lib. I. cap. v. ſeg. 19.

e *Cleantes*: Hunc cum ſuperiori Lactantius junxit ubi ſupra.

f *Chryſippus*, & *Zenon*: De utroque cum Noſtro egimus L. I. cap. v. ſeg. 20. Quorum ſententia, ut ſcite ibidem ſeg. 21. docet Lactantius: *quamvis ſit incerta: eodem tamen ſpectat, ut providentiam unam eſſe conſenſiant*. Sic plerique omnes Philoſophi; quod ſatis eſt ad evincendum, communem philoſophorum fuiſſe adverſus Epicurum ſententiam, & ad Baelii temeritatem, atque impudentiam refellendam.

g *Seneca Stoicos ſecutus*. Plurima, & clariſſima ſunt hac in re Senecæ teſtimonia, quæ a Lactantio L. I. cap. v. ſeg. 26., ſeq. recitata, & indicata ſunt.

regi mundum affirmaverint [h] : nec ulli ſubjectum eſſe naturæ,quum ab ipſo ſit omnis natura generata :

B 4 Her-

h *Et ipſe Tullius prædicaverint* . Heum. *Scribo* : inquit , *prædicaverunt* . Qua autem ratione non dicit . Ciceronis verba apud Noſtrum leguntur Lib. I. cap. v. ſeg. 24. ſeq. Et quamquam aliquando circa Dei Providentiam errare , ac propterea a Lactantio , & Auguſtino vehementer redargui meruerit ; non ideo tamen is atheiſmi aliquando ſuſpectus fuit , ut temere aſſeruit Baelius *Contin. des Penſ.* §.cv. , ſed potius a Noſtro excuſatus eſt L. II. cap. ix. Al. viii. , ſeg. 33. de iis ; quæ ſeg. 12. adverſus eundem dixerat , ex perſona Cottæ in utramque partem , more Academicorum , diſputantem ; quod fecit & Auguſtinus Lib. v. *de Civ. Dei* cap. ix. Circa præſcientiam *futurorum* , *ac Dei exiſtentiam* , de quibus idem Cotta apud Ciceronem impie diſſeruerat .

i *Et ab eo ſolo regi mundum affirmaverint* . Hæc verba primum a Maffejo ex Ms. reſtituta ſunt ; Nam ea in prima editione omiſerat Pfaffius , & poſt eum Daviſius , & Walchius. Deinde ex Anon. Clerici idem præſtitit Heum. , & Bunem. eodem Pfaffio authore . Anonym. Brittanus , qui eos non viderat , periodi defectum novit ; & iccirco ait : *Aut heic eſt Ellipſis a lectore ſupplenda , aut legi debet : nec ulli ſubjectum eſſe naturæ , docuerint , aut , dixerint : aut alind quicpiam verbum . Credo id cauſſa deſcriptionis perditum eſſe . Ego contra facile ſuppleri poſſe putem : Definire tentaverint*,& geminato puncto, proſequi: *nec* &c. quoniam *iſtam variationem conſtructionis etiam optimis ſcri-*

ſcriptoribus in uſu eſſe, *docuit P. Burman. ad Valer. Flac. L.* VI. *cap.* XVI. *& Gratii* ℣. 143.

k *Quum ab ipſo ſit omnis natura generata*. Daviſius ex verbis Ciceronianis a Noſtro L. I. cap.V. recitatis, & Salviani *de Gub. Dei* pag. 40. *Forſan*, inquit, *opinetur aliquis*, *haud incommode reponi poſſe: quum ab ipſo ſit omnis natura gubernata*. Sed nobiſcum nihil immutandum cenſuit ob verbi ſignificationem, quæ tam ad faciendum, quam ad generandum, & producendum promiſcue a latinis uſurpatur, ac paſſim traducitur; ut jam ſæpe monuimus.

4

Hermes, qui ob virtutem, multarumque artium ſcientiam Triſmegiſtus meruit nominari, qui & doctrinæ vetuſtate [a] Philoſophos anteceſſit, quique [b] apud Ægyptios [c] ut Deus colitur, majeſtatem Dei ſingularis [d] infinitis [e], aſſe-

a *Hermes*, *qui* &c. De eo cum Noſtro locuti ſumus L. I. cap. VI. a ſeg. 1., ubi hæc eadem uſque ad ſeg. 5. leguntur.

b *Qui & doctrinæ vetuſtate*: Daviſius: *Procul dubio*, inquit, *ſcribendum*, *qui & Doctrina*, *& vetuſtate* &c. Sed cum eo ſentientem hactenus vidi neminem.

c *Apud Ægyptios*. Ms. *aput*, ut in Cod. Bon. ſæpe ſcriptum eſt.

d *Majeſtatem Dei ſingularis*. Lib.I. cap.VI. ſeg.4. *majeſtatem ſummi*, *ac ſingularis Dei aſſerit*.

aſſerens laudibus [f], Dominum, & patrem [g] nuncupat, eumque eſſe ſine nomine, quod proprio vocabulo non indigeat, quia ſolus ſit [h], nec habere ullos [i] parentes, quia ex ſe, & per ſe ipſe ſit.

---

e *Infinitis aſſerens laudimus*. Aſſerere Majeſtatem, pro defendere, ac propugnare, latine dictum, & eleganter, omnes heic fatentur philologi; at Daviſio heie non placuit, & potius legendum propoſuit: *infinitis efferens laudibus*. Sed in addendis ſententiam mutavit, nihilque heic variandum cenſuit.

f *Dominum, & patrem*: Sic etiam L. I. cap. VI. ſeg. 4. legendum Schottus indicavit.

g *Quia ſolus ſit*. Ms. *qui ſolus ſit*, ex Maffejo.

h *Nec habere ullos .... per ſe ipſe ſit*. Anonym. Clerici apud Heum., & Bun. hæc omnia omiſit, *quæ ἀβλεψία eſſe jure creditur*. Sed non ideo delenda ab iis præſertim, qui ſi a noſtrorum aliquo id factum eſſet, turpem dicerent *caſtraturam*. Propoſitio quidem non ſolum inconſiderata, verum etiam erronea, & hæreſi illi proxima, quæ Joachimo Abbati tribuitur: *In divinis eſſentia generat eſſentiam*; ſi poſitive intelligatur. At non Lactantii eſt; ſed Hermetis, Senecæ, ac Sibyllæ, ut a nobis notatum, & explicatum eſt ad Lib. I. cap. VII. ſeg. 13. ſeq., & ad Lib. II. cap. IX., Al. VIII., ſeg. 44. Vide Diſſ. XXIX. c. VII. §. III. male l. c. indicatam.

5

Hujus ad filium ſcribentis exordium tale

le[b] eſt : *Deum quidem intelligere difficile eſt ; eloqui vero impoſſibile , etiam cui intelligere poſſibile eſt ; perfectum enim ab imperfecto, inviſibile a viſibili non poteſt comprehendi .*

---

a *Exordium tale eſt :* Quæ heic latine leguntur ; cum aliquali immutatione Græce, & latine habentur apud S. P. N. Cyrillum *adverſus Julian.* Lib. I. Apud S. Juſtinum M. *Cohor. ad Græc.* cap. XXXVIII. Apud Stobæum *Serm.* LXXVIII. Iis ſimilia habet Plato in *Timæo*, ut Noſter ait L. I. cap. VIII. ſeg. 1. Is ne ab illo, an ille quicumque fuerit ob hoc deprompſerit ; ſive, uterque ab aliquo alio, multi diſputant ; ſed quid verum ſit, nullus demonſtrat.

b *Intelligere* : de more : *intellegere* .

CAP. V.

1

SUpereſt de vatibus dicere[a]. Varro decem Sibyllas[b] fuiſſe tradit, primam de Perſis, ſecundam Libyſſam, tertiam Delphida, quartam

---

a *De Vatibus dicere*: En locus, unde Pfaff. vocem reſtituit, indicatam cap. III. ſeg. 2. nota (b).

b *Varro decem Sibyllas* &c. Ms. *Sybillas*. De iis omnibus vide dicta, & annotata ad L. I. cap. VI. a ſeg. 7. ſeqq.

tam Cimmeam [c], quintam Erythræam [d], ſextam Samiam [e], ſeptimam Cumanam, octavam Helleſpontiam, nonam Phrygiam [f], decimam Tiburtem, cui ſit nomen Albunea [g].

c *Libyſſam, tertiam Delphidam* Ms. *Lybiſſam* .... *Delphida*. Lego cum Mss. ut Lib I. c. VI. ſeg. 8. & 9.

d *Quartam Cimmeam* . Ms. *Cimeam* . Al. *Cumeam*. Daviſ. *Cimmeriam*. Vide ubi ſupra; & Diſſ. XI. Cap. II. §. VIII.

e *Erythræam*. Ms. *Erythream*. Sine diphthongo. ut in Cod. Bon.

f *Samiam*. Ms. *Samajam*.

g *Phrygiam*. Ms. *Frygiam*.

h *Albunea*. Ms. *Albuneæ*, quam lectionem retinet Heum., & probat Bunem. dicens: *Eſt dandi caſus* Albunēa elegantior; ſic ſolet L.I. cap. II. ſeg. 21. 61. *Ageſilao*, *Urano* &c.

2

Ex his omnibus Cimmeæ ſolius tres eſſe libros, qui Romanorum fata contineant, & habeantur arcani [b]; ceterarum autem fere omnium ſingulos extare, aberique vulgo; ſed eos

a *Cimmeæ ſolius*. Sic recte in Ms. Pfaff. edidit *Cumaeae*, quod non idem ſignificat; a Cumis enim, ſeu *Cuma*, tam Cumæus dicitur, quam Cumanus; non autem *Cimmeus*, aut *Cimæus*. Ms. Taur. *Cymæa* unde alii fecerunt: *Cumana* Al. *Cumæa*.

b *Et habentur arcani*. Hinc fortaſſe ob ea quæ ſeg. ſe-

eos Sibyllinos velut uno nomine inſcribi, niſi quod Erythræa ᶜ, quæ Troici belli temporibus fuiſſe perhibetur, nomen ſuum verum poſuit in libro, aliarum confuſi ſunt.

ſequenti dicuntur, anſam ſumpſit Pfaff. ut nomen illius immutaret.

c *Niſi quod Erythræa*. Daviſius legi jubet: *Niſi enim quod* &c.

3

Hæ omnes, de quibus dixi, Sibyllæ præter Cimmeam[a], quam legi niſi a Quindecimviris[b] non licet, unum Deum eſſe teſtantur, principum, conditorem, parentem, non ab ullo generatum; ſed ſeipſo ſatum [c]; qui

a *Præter Cimmeam*. Sic. in Ms. Pfaff. edidit *Cymaeam*. Al. *Cumaeam*. Al. *Cumanam*. Nos a Taurinenſi Cod. non recedimus; Bon. deficiente *in Inſtit.* cap. VI. & correctionem indicante de *Ira Dei* cap. XXIII. ſeg. 2. In penultima ſyllaba arbitrarium cenſeo diphthongum, quod heic ſolum Ms. Codex exhibet, & icciro ad L. I. cap. VI. utroque modo perſcripſi. Vide Diſſ. XL. cap. II. §. VIII.

b *Niſi a quindecimviris*. Hinc puto M. Antimachum *in præfatione ad Oracula Sibyll.* conjeciſſe, Lactantium ante converſionem ad Chriſtianiſmum ſacerdotem Capitolii fuiſſe, unumque ex iis, quibus ſolummodo fas erat ea carmina inſpicere. Sed vide indicata a nobis Diſſ. III. §. VII. fine.

c *A ſe ipſo ſatum*: Sic Pfaff., Maffejus, Daviſius, alii-

qui & fuerit a ſæculis, & ſit futurus in ſæcula, & iccirco ſolus coli debeat, ſolus timeri, ſolus a cunctis viventibus honorari.

---

aliique ediderunt ex Ms., in quo tamen legi: *a ſe ipſo factum*, teſtatur Anonym. Clerici. Certe ex Carminibus Sibyll. a Lactantio recitatis L.I. c.VI ſeg. 15. ſeq. potius primam, quam ſecundam lectionem probare poſſumus; ſicuti etiam ex relatis ibidem c.VII. ſeg. 13. Vide Gallæum pag. 22. *nota* 17. *Edition. Orac. Sibyll.* Adde dicta cap. antecedenti ſeg. 4. (h)

4

Quarum teſtimonia, quia breviare [a], non poteram, prætermiſi, quæ ſi deſideras, ad ipſos tibi libros recurrendum eſt [b]. Nunc reliqua perſequamur [c].

---

a *Breviare*. Ms. *brebiare*: ut ſupra.

b *Recurrendum eſt*. Sic in Ms. teſte Maffejo, & Anonymo Clerici, probante Brittano, & cum his Heum. & Bunem. Pfaff., Walch., Langletius, Daviſ. ediderunt: *revertendum eſt*.

c *Nunc reliqua perſequamur*. Non ultra hæc verba retulit in ſua Epiſtolà Maffejus, ut Diſſ.XI. §.IX. oſtendimus.

CAP. VI.

1

HÆc igitur tot, ac tanta teſtimonia liquido perdocent, unum eſſe regimen in mun-

mundo, unam Poteſtatem, cujus nec origo [a] excogitari, nec vis ennarari poteſt.

---

a *Cujus nec origo* &c. Lib. IV. cap. XXIX. ſeg. 12. *Deus ſummus, carens origine, quia ipſe eſt origo rerum*. Vide ibidem indicata, & nota quam diverſimode loquatur Lactantius ex propria ſententia, quam quum refert alienam.

2

Stulti ergo, qui de concubitu natos putant Deos eſſe, quum ipſi ſexus [a], & corporum copulatio iccirco mortalibus a Deo data ſint, ut per ſobolis ſucceſſionem genus omne ſervetur.

---

a *Quum ipſi ſexus*. Ms. *ſecum ipſi ſexus*. Scilicet prima Syllaba a voce antecedenti repetita, & juncta ſequenti *cum*. Heum., Walch., Langletius ex Pfaffio *ipſe ſexus*. Sed male; nam de utroque ſexu Noſter loquitur, & in Ms. manifeſte legitur, ut cum Daviſio, & Bunem. edidimus. Hæc autem continent ea, quæ ſunt uberius tradita L. I. cap. VIII., ubi ſeg. 4. de diis dicitur: *quoniam ſunt ex duobus ſexibus nati*.

3

Immortalibus vero quid opus eſt aut ſexu, aut ſucceſſione, quos nec voluptas [a], nec interitus attingit?

Illi

a *Quos nec voluptas*. Sic recte Pfaffius, & alii omnes cum eo, ubi Ms. habet *voluntas*, ut ſæpe in Cod. Bononienſi etiam contigiſſe vidimus.

4

Illi ergo, qui Dii putantur, quoniam & genitos eſſe tanquam homines, & procreaſſe conſtant, mortales utique fuerunt: ſed Dii crediti ſunt, quod, quum eſſent Reges magni[a], ac potentes, ob ea beneficia, quæ in homines contulerant, divinos poſt obitum honores conſequi meruerunt, poſitisque templis[b], atque ſimulacris memoria eorum tanquam immortalium retenta eſt, atque celebrata.

a *Quum eſſent reges maximi*. Vide indicata ad Cap. VIII. ſeg. 9.
b *Poſitiſque templis*. Sic bene Pfaffius. Ms. *poſitique*.

CAP. VII.

1

Sed quum ſit omnibus fere gentibus perſuaſum, Deos eſſe[a]; res tamen eorum geſtæ,

a *Sed quum ſit omnibus fere gentibus perſuaſum, Deos*

geſtæ, quas tam Poetæ, quam Hiſtorici tradiderunt, homines fuiſſe declarant [b].

Her-

Deos eſſe &c. En Baelii argumentum, quod regerit in eos, qui ex conſenſu populorum, Dei evincere geſtiunt unitatem, ut vidimus ſupra cap. II. ſeg. 1. nota (c), quod quamquam ibi locum non haberet, heic tamen negotium alicui faceſſere poſſet. Nam revera, populo Judaico excepto, alii omnes diu Idololatræ, aut ſaltem Polytheiſtæ fuerunt. Ideoque ſi plerorumque judicium, veluti naturæ vox eſt, Deorum multitudo malam cauſſam obtinebit, unitas Numinis in optima concidet. Sed animum adverte, lector, ex diſpari ratione utramque argumentationem procedere. Iſta ſiquidem ita conſenſionem omnium gentium complectitur, ut ſemper, & ubique terrarum conſtantiſſimos, atque probatiſſimos viros habuerit aſſertores, non ſolum in Judæa; ſed in omnibus regionibus, in quas Noe primum, Abrahæ poſtmodum ſucceſſores, ac demum Chriſti diſcipuli pervenerunt. Illa vero veſtigia quædam ſatis dubia antiquitatis oſtendit, late quidem diffuſa; ſed nec ubique, nec diuturna; immo penitus non ſolum a terris melioribus eliminata; verum etiam a ſuis profeſſoribus valide oppreſſa, palam ſæpe deriſa, atque a ſæculo, & ultra in extremás terræ oras diſperſa, ac profligata, ut infra Noſter oſtendit.

b *Homines fuiſſe declarant*. Ab hac parte, quæ facilius deſtrui poterat, Polytheiſmum Noſter aggreditur, nec dimittit, niſi penitus deſtructum.

2

Hercules [a], per quæ tempora fuerit, quis

quis ignorat, quum idem & inter Argonautas navigaverit [b], & expugnata Troja, Laomedontem Priami Patrem ob perjurium interfecerit? Ab eo tempore paullo amplius, quam mille & quingenti computantur anni [c].

a *Hercules* &c. Quæ de eodem heic Lactantius indicat, uberius ab eodem expoſita ſunt L.I. cap.IX. a ſeg. I. ad finem uſque eiuſdem capitis.

b *Inter Argonautas navigavit*. Hæc ubi ſupra ſeg.10. dicta reperies, & a nobis explanata. Quantum autem ad Argonautas vide ad L. I. cap. V. ſeg. 4.

c *Mille, & quingenti computantur anni*. Horum annorum numerus neque ab Argonautarum expeditione, neque ab obtruncato Laomedonte deſumi debet; ſed potius ab extremis Herculis temporibus, ad quæ Noſter heic præcipue reſpicit. Quum igitur is paullo ante obſeſſam a Græcis Trojam ſe in ignem conjeciſſet circa annum ab O. C. ſecundum Lactantii ſupputationem 4. MCCCXVIII., inde colligitur, hæc ab eodem ſcripta fuiſſe circa annum 5. MDCCCXVIII., qui cum eo concurrit, quo Criſpus Licinio Auguſto datus eſt in conſulatu collega, nempe cum anno æræ communis CCCXVIII. Vide ad L.I.p.XXIII.ſeg.2.,& 4. Diſſ. III. §. iii. Diſſ. XI. §. XVII., & Diſſ.XXII. in tabulis Cronologicis, quæ his annis reſpondent.

3

Hic ne natus quidem honeſte traditur, ſed Alcmenæ adulterio [a] genitus, & ipſe

a *Sed Alcmenæ adulterio*. Vide L.I. cap.IX. ſeg.9. nota (c) Ms. *Alcimenae*.

vitiis genitoris addictus, nec fœminis [b] unquam, nec maribus abſtinuit, orbemque totum non tam gloriæ, quam libidinis cauſſa, nec tantum ad necandas belluas, quantum ad ferendos liberos [c] peragravit.

---

b *Genitus, & ipſe vitiis genitoris addictus, nec fœminis*, &c. Interpunctionem hanc Daviſio debemus, qui Pfaffianam bene correxit.

c *Ad ferendos liberos*. I. E. *procreandos*: ut expoſuit Bun.

4

Quumque eſſet invictus, ab una tamen Omphale [a] triumphatus eſt, cui clava, & ſpolio leonis tradito, indutus ipſe fœminea veſte, atque ad pedes mulieris abjectus, penſa, quæ faceret, accepit. Idem poſtea inſtinctu furoris elatus, parvos liberos, & uxorem Megaram [b] trucidavit.

---

a *Ab una tamen Omphale*. De ea diximus ad L. 1. cap. 1x. ſeg. 7.

b *Uxorem Megaram*. Hanc non proprio nomine Noſter appellavit L. c. ſeg. 10.

5

Poſtremo ſumpta Dejanyræ conjugis veſte, quum difflueret ulceribus [b], doloris impatiens

tiens, rogum ſibi in Ætæo monte conſtruxit, eoque ſe vivum [c] cremavit. Sic efficitur, ut etiamſi ob virtutem Deus credi potuiſſet; ob hæc tamen homo fuiſſe, cernatur [d].

---

a *Dejanyræ conjugis veſte*. Hæc filia fuit Oenei Ætoliæ regis filia, quæ quum ob formæ pulchritudinem plurimos haberet procos, & Acheloo primum, deinde Herculi deſponſata eſſet, ſuborta nuptiarum cauſſa, inter ſponſos concertatione, illo ab iſto devicto, eidem tandem ceſſit, & furoris, ac necis ejuſdem occaſionem dedit; Nam hæc ægre ferens viri ſui conſuetudinem cum Jole, Euryti Œchaliæ regis filia, eum a pellice, ut putabat, avocatura; veſtem Neſſi ſanguine infectam eidem miſit, qua indutus quum eſſet Hercules, vitæ pertæſus pyram, quam ſacrificaturus extruxerat, conſcendit, ac in ea periiſſe dicitur, ut Noſter tetigit ubi ſupra ſeg.11. & c.XVIII. ſeg.5. Lib.I.

b *Quum diffflueret ulceribus*. Vide Diodor. Sicul. L. I. cap. II.

c *Eoque ſe vivum*. Heum. *Lege*, inquit, *in eoque*, ſubaudiens, *rogo*. Langletius eum ſecutus eſt; non autem Bunem., qui nobiſcum nihil immutandum cenſuit.

d *Homo fuiſſe cernatur*: Daviſio præeunte ſic lego pro *credatur* Ms. Nam, ut ille ait, *quis dubitet quin Hercules homo fuerit, quum talia ſit paſſus?*

CAP. VIII.

I

Æſculapium [a], Tarquitius [b] tradit, ex incertis parentibus [c] natum, & ob id expoſitum [d], atque a venatoribus collectum, caninis uberibus educatum [e], Chironi in diſciplinam datum [f]. Hic

---

a *Æſculapium*. De eo egit Lactantius Lib. I. cap. x. ſeg. 1.

b *Tarquitius*. Sic etiam ſcripſimus ubi ſupra, & locum indicavimus, quem conſulas, ſi lubet.

c *Ex incertis parentibus*. Vide ubi ſupra nota (b).

d *Et ob id expoſitum*. Daviſ. *Lege*, inquit, *ab iis expoſitum; cauſſa enim, cur exponeretur, non fuit, quod incertis parentibus natus eſſet; ſed eo incerti erant parentes, quod exponeretur*. Non intelligo equidem quid ſibi velit hujus notæ author, & icciřco cum aliis omnibus lego.

e *Caninis uberibus educatum*. In nummis aliquibus, atque in Marmoreis quibuſdam ſtatuis, canem pone eum jacentem vidimus; ſed Pauſanias in *Corinth.* tradidit, Capram, quam canis ſequebatur, *infanti expoſito lac præbuiſſe* &c. Vide ubi ſupra ſeg. 2.

f *Chironi in diſciplinam datum*. Phraſin hanc elegantiæ Lactantianæ tribuit Bun. Hac autem de re cum noſtro egimus ubi ſupra. Adde Virgil. Lib.III. Georg. ℣. 250., quem Noſter recitat cap.xxxIII. de *M. P.* ſeg. 4.

2

Hic Epidauri moratus [a] eſt, Cynoſuris, ut Cicero ait [b], ſepultus, quum eſſet ictu fulminis [c] interemptus. Apollo autem Pater ejus [d] non dedignatus eſt alienum gregem paſcere, ut acciperet uxorem [e], & dilectum pue-

a *Epidauri moratus*. Vide ad L. I. cap. x. ſeg. 2. nota (g).

b *Cynoſuris, ut Cicero ait*. Cicer. L.III. de *Nat. Deor.* cap. XXII.

c *Ictu fulminis*. Sic in Ms. Pfaff., & Walchius errore typographico: *ictu fluminis*: Vide ubi ſupra, & adde dicta ad cap. XIX. ſeg. 3. ejuſdem Lib. I.

d *Apollo autem pater ejus*, Vide L. I. cap. x. ſeg. 3.

e *Ut acciperet uxorem*. Apollinem divinitate ſpoliatum, & Cœlo ejectum ob occiſos Cyclopas, Admeti Theſſaliæ regis armenta paviſſe, tam Mytographi, quam poetæ tradiderunt, inter quos Virgilius eum invocans icciрco ait: *Paſtor ab Amphryſo* &c. Georg. L.III. ℣. 2. At munus hocce, non ad recidendam uxorem, ut heic, ſed ob turpem, quo in Regem puerum flagrabat amorem, obiiſſe, ut Lib. I. cap. x. ſeg. 3. Noſter tradidit: inter Græcos Callimachus *Hym. in Apol.* a ℣. 47., & inter Latinos Ovidius *De Art.* Lib. II. a ℣. 235. manifeſte referunt. Hinc Cellarius, & poſt ipſum Daviſius, & Bunem. Tò *uxorem*; *patientiam uxoriam*, exponunt, & Daviſius in addendis nonnulla hujus turpitudinis exempla coacervat; ſed omnium aptiſſimum, etſi cx-

puerum quum peremiſſet imprudens, gemitus ſuos inſcripſit in flore [f].

cæteris turpius, omiſit, quod ex Svetonio in Nerone XXVIII. Sporum pro uxore, nuptiis celebratis, ducente, ſumi poterat.

f *Inſcripſit in flore*. Ad Hyacinthi fabulam reſpicit, de qua ubi ſupra ſeg. 4. meminit ex Ovidii L. X. Metamorph. ℣. 215.

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & Ai, Ai
Flos habet inſcriptum.

3

Marti, viro fortiſſimo [a], adulterii crimen non defuit; ſiquidem catenis cum adultera vinctus ſpectaculo fuit. Caſtor & Pollux [b] alienas ſponſas non impune rapuerunt, quos Homerus non poetica; ſed ſimplici fide mortuos, ſepultoſque teſtatur.

a *Marti, viro fortiſſimo*: De iis, quæ heic Noſter indicat, vide L. I. cap. X. ſeg. 4. nota (c).

b *Caſtor, & Pollux*. De iis diximus cum Noſtro ubi ſupra ſeg. 5. ſeq. Adde Homer. ℣. 243. Iliad. γ.

4

Mercurius, qui de ſtupro Veneris genuit Androgynum [a], Deus eſſe meruit, quia lyram reperit, & palæſtram.

a *Genuit Androgynum*. De Mercurio lyræ, & palæ-

palæſtre repertore, egimus cum Lactantio Lib. I. cap. x. ſeg. 7. At de Androgyno heic ſolummodo locus erat loquendi. Eum igitur ex Venere ſorore ſua Mercurius ſuſtulit, & ex Græco utriuſque nomine, Hermaphroditus dictus eſt; qui quum adoleviſſet, & Nimphæ, Salmacis nomine, reſpuiſſet amorem, hæc ad ſuperos converſa, impetraſſe dicitur, ut ex ſuo, & dilecti juvenis corporibus, unum utriuſque ſexus coaleſceret, quod ideo Androgynum appellatum eſt. Vide Ovid. L. IV. Metam.

5

Liber pater [a], debellata India, victor, quum Cretam forte veniſſet, Ariadnen [b] conſpexit in litore, quam Theſeus & violaverat, & reliquerat. Tum amore inflammatus, eam ſibi in conjugium ſociavit, & coronam ejus, ut poetæ ferunt, inter aſtra ſignavit.

a *Liber pater*. Quæ heic de eodem memorantur, expoſita a nobis ſunt L. I. cap. x. ſeg. 8. & 9.
b *Ariadnen*., ſeu *Ariadnam*, ut poetæ eam appellant. Ms. *Ariannam*.

6

Mater ipſa [a] poſt fugam, & obitum viri [b], quum

a *Mater ipſa*: ſcilicet Deorum, quam Cybelem eſſe diximus L. I. cap. XVII. ſeg. 7. &c.

quum in Phrygia moraretur, vidua, & anus formoſum adoleſcentem [c] in deliciis habuit, & quia fidem non præſtiterat, ademptis genitalibus, effeminavit. Ideo etiam nunc Gallis ſacerdotibus gaudet [d].

---

b *Poſt fugam, & obitum viri:* Nempe Saturni; de quo infra.

c *Formoſum adoleſcentem.* Ms. *formonſum*, ut in Cod. Bon., & in pluribus Mss. ſæpe notavimus. Is Atyn, aut Attin fuiſſe dicitur, quem, ut quidam ajunt, quum Cybeles adamaret, ſacriſque ſuis ea lege præfeciſſet, ne aliam fœminam præter ſe unam tangeret; voti violatorem ab irata Dea repertus, in furorem actus, ſe ipſum eviravit; ſed ſi Luciano credimus, Scriptori incerto: *de Dea Syria*. ab ipſa Eunucatus eſt. Inter opp. Luc. Tom. III. ſeg. 15.

d *Gallis Sacerdotibus gaudet*. Vide ubi uſpra, & ea quæ diximus ad L. I. cap. XVII. pag. 7. nota (f) & Cap. XXI. Seg. 16. (a).

CAP. IX.

1

CEres unde Proſerpinam [a] niſi de ſtupro genuit? Unde Latona geminos [b] niſi

---

a *Ceres unde Proſerpinam* &c. de hac fabula nil dictum eſt L. 1. cap. XXI. ſeg. 24., ubi occaſio dabatur,

niſi ex crimine ? Venus [c] Deorum & hominum libidinibus expoſita, quum regnaret in Cypro, artem meretriciam reperit, ac mulieribus imperavit, ut quæſtum facerent, ne ſola eſſet infamis.

tur, quod heic locum ſuum haberet proprium. Ceres itaque ab Heſiodo *de Gener. Deor.* a Saturno, & Ope procreata dicitur, & a Jove primum, deinde a Neptuno fratribus ſuis conſtuprata, ex illo Proſerpinam, ex hoc incertam genuit prolem.

b *Unde Latona geminos* &c. De ea dictum eſt ad Lib. 1. cap. XVII. ſeg. 6. nota (c).

c *Venus* &c. Vide ubi ſupra a ſeg. 9.

2

Ipſæ illæ virgines Minerva, & Diana [a] num caſtæ ? Unde igitur proſilivit Erichthonius [b] ? Num in terram Vulcanus ſemen effudit,

a *Minerva, & Diana*. De iis autem ſuppreſſo nomine Noſter egit L. I. cap XVII. ſeg. 11.

b *Erichthonius*. Hujus hominis conceptio, ac nativitas diverſimode narratur a Poëtis; ſed cum Noſtro facit Hyginus *Fabul.* CLXVI. Fulgen: *Mythol.* L. II. XLV. quorum primus non ſibi in facti ratione contrarius eſt; ſed circumſtantias ſolummodo variat *Poet. Aſtron.* L. II. XIII. cum quibus ſentit etiam Servius ad Aen. Georg. L. I. ℣. 201.

dit[c], & inde homo, tanquam fungus, enatus eſt[d]?

c *Semen effudit*. MS. primam vocem non clare ſervavit; ſed a Pfaffio fuit ſapienter reddita. Negat Lactantius hoc modo hominem poſſe generari; quod quum de ſe pateat, rite inde deducit, quomodo res ſe habuerit, etſi per reticentiam id ſolummodo innuat. Notat heic Anonym. Britan. verbum heic pene deletum, abeſſe etiam a MS. optimæ notæ. Opp. Lact. Lib. I. cap. XVII. unde Heum. ſolita phraſi; *Scilicet*, inquit, *caſtus fuit Monachus ille librarius, qui utrumque deſcripſit locum. Indiſignum igitur ſua ſanctitate ratus eſt, ſuo vel ex ore, vel ex calamo verbum hoc obſcenum effundere*. Hui, tam ſæpe ridiculum?

d *Tamquam fungus enatus eſt*. Phraſis Lactantiana, quam Author adhibet L. VII. cap. IV. ſeg. 3.

3

Aut illa cur Hippolytum[a], vel ad ſecre-

a *Aut illa cur Hippolytum* &c. De Diana heic ſermo fit per reſpectum ad ea, quæ diximus cum Noſtro L. I. cap. XVII. ſeg. 15. Conjecturam quam nos heic daturos eſſe ibidem ſpopondimus eſt; quod Virbius filius fuerit Hippolyti, ac Dianæ, nam Virgilius Lib. VII. Æn. ℣. 761. ait:

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius: inſignem quem mater Aricia miſit,
Eductum Egeriæ lucis &c.

Ubi

cretas ſedes, vel ad mulierem relegavit [b], ubi ſolus inter ignota nemora ætatem [c] exigeret, & jam mutato nomine, Virbius vocaretur? Quid hæc ſignificant, niſi inceſtum, quod Poetæ non audent confiteri?

Ubi quum Servius manifeſte dicat, Virbium numen eſſe conjunctum Dianæ, ut Matri Deum Atys &c. jam innuit, Hippolytum filium a Diana ſuſtuliſſe, ſibi ſub appellatione Virbii cognominem, qui idem ipſe redivivus crederetur ad parentum caſtimoniam occultandam.

b *Relegavit*. MS. *Religavit*, nempe *I* pro E poſitum, ut ſæpe notavimus in MS. Cod. Bon. Reſpicit heic Author ad Vergilii verſus, quos ipſemet recitat L. c.

c *Ætatem exigeret*. Daviſius, Walchius, Heum. Langletius: *ageret ætatem*. Quod temere contra MS. fidem factum eſt; nec de puritate vocis dubitandum, quum ex eodem Virgilio a Lactantio laudato habeatur:

. . . . ignobilis ævum
Exigetet, verſoque ubi nomine Virbius eſſet.

Adde Cicer., Terent., Plin., quos heic laudat Bunem.

C A P. X.

1

HOrum autem omnium rex, & patet Jupiter [a], quem tenere in cælo ſummam cre-

credunt poteſtatem, quid habuit pietatis [b], qui Saturnum Patrem [c] regno expulit, & armis fugientem perſecutus eſt? Quid continentiæ, qui omnia libidinum genera exercuit?

---

a *Omnium rex, & pater Jupiter*. Quam immerito Jovi hæc duo adjuncta tributa ſint, manifeſte Noſter oſtendit Lib. 1. cap. x. ſeg. 10. ſeq.

b *Quid habuit pietatis.* Pfaffius Walchius, & Langletius ex Ms. ſcribunt: *poteſtatis.* At Daviſius, Heum., & Bunem., ex conjectura: *pietatis* legunt; & quidem congruentius cum iis, quæ ſequuntur, tum illis, quæ hæc ſcribens Noſter reſpicit.

c *Saturnum patrem* &c. De hoc facinore egit Noſter L. 1. cap. x., & xii., & ibidem dicta recenſentur heic cap. xiv.

2

Nam idem Alcmenam [a], Ledamque [b] ſummis viris nuptas, adulterio fecit infames. Idem

---

a *Alcmenam*: MS. *Almenam*. Vide ſupra ad cap. vii. ſeg. 3., & quod ibidem a nobis eſt indicatum.

b *Ledamque*: Heic quoque ſine diphthongo ſcribitur hocce nomen, ut Lib. 1. cap. xxi. ſeg. 23. ubi aliqua de hac muliere diximus. Hæc quippe Tyndari Oebaliæ, ſeu Laconiæ regis uxor fuit, quam Jupiter in Cygnum transformatus vidiſſe dicitur, ovumque peperiſſe, ex quo Caſtor, & Pollux excluſi ſunt.

Idem pulchritudine pueri [c] captus, venantem, ac virilia meditantem, ad fœmineos uſus [d] violenter abripuit. Quid virginum ſtupra commemorem, quarum multitudo quanta fuerit, filiorum numerus oſtendit?

c *Pulchritudine pueri:* Nempe Ganymedis, de quo cap. ſequenti ſermo erit.
d *Ad fæmineos uſus*. L. 1. cap. 23. ſeg. 3. *ad uſus impudicos*.

3

In una tamen Thetide [a] abſtinentior fuit. Erat enim prædictum, quod is, quem paritura eſſet, major patre ſuo futurus eſſet. Pugnavit ergo cum amore, ne quis ſe major naſceretur. Sciebat ergo, ſe non eſſe perfectæ virtutis, magnitudinis, poteſtatis, qui, quod ipſe Patri fecerat [b], timuit.

a *In una tamen Thetide*. De ea diximus ad L. 1. cap. XI. ſeg. 9. (b).
b *Quod ipſe patri fecerat*. Cui, ut Noſter L. 1. cap. XII. ait; *abſcidiſſe genitalia*, dicunt Mythologi.

4

Cur igitur maximus, optimus [a] nominatur,

a *Maximus, optimus*. Ordine inverſo voces iſtæ leguntur L. 1. cap. 10., ubi a nobis ſunt expoſita. An autem

tur, cum ſe & peccatis contaminaverit, quod eſt injuſti, ac mali, & majorem timuerit, quod eſt imbecillis, ac minoris [b].

autem cum Daviſio, & Heum. ita etiam heic legendum ſit, nulla ratione definiri poteſt.

b *Quod eſt imbecillis, ac minoris* MS. *imbecilli a minoris*. Davis: *imbecilli*: ut a codicis lectione minus recederet.

CAP. XI.

1

Sed dicet aliquis, ficta hæc eſſe a Poetis. Non eſt hoc poeticum ſic fingere, ut totum [a] mentiare; ſed ut ea, quæ geſta ſunt, figura, & quaſi velamine aliquo verſicolore[b], prætexas. Hunc habet poetica licentia modum, non ut totum fingat, quod eſt mendacis & inepti, ſed ut aliquid cum ratione commutet.

a *Ut totum*. MS. *aut totum*.

b *Verſicolore*: Hac voce Livius, Virgilius, Ovidius, Propertius uſi ſunt.

2

In imbrem ſe aureum vertiſſe, dixerunt, ut

ut Danaen falleret [a]. Quis eſt imber aureus? Utique aurei nummi, quorum magnam copiam offerens, & in ſinum infundens, fragilitatem virginalis animi hac mercede corrupit. Sic & imbrem ferreum dicunt [b], quum volunt multitudinem ſignificare telorum.

a *Ut Danaen falleret*: Sic in MS. At Pfaffius, Walchius, Heum. Bunem. Langletius præmittunt *Jovem*, & editor Cantabricenſis: *Juppiter*. Merito improbante Daviſio ex L. 1. cap. XI. ſeg. 18. ubi hanc fabulam expoſuimus.

b *Imbrem ferreum dicunt*. Virgilius Æn. XII. ℣. 284.

.... In toto turbida Cælo
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber.

3

Catamitum in aquila rapuit [a]. Quæ eſt aquila? Legio ſcilicet, quoniam figura hujus animalis inſigne legionis eſt [b]. Europam tranvexit in tauro. Quis eſt taurus? Utique navis, quæ tutelam habuit, tauri ſpecie figuratam [c]. Sic

a *Catamitum in Aquila rapuit*. I. E. Ganymedem de quo vide ſuperius indicata.

b *Inſigne legionis eſt*. Hæc a nobis expoſita ſunt L. 1. cap. XI. ſeg. 19. (b).

c *Quæ tutelam habuit tauri ſpecie figurantem*. Taurum

rum, numen Ægyptium, in ſui tutelam a Jove adhibitum, ſecundum ea, quæ ad Lib. 1. cap. xi. ſeg. 19. nota (c.) adverſus Gallæum diximus; ubi nota ſequenti (b) fabulam hanc declaravimus.

4

Sic Inachi filia [a] non utique bos facta tranſnavit; ſed ejuſmodi navigio iram Junonis effugit [b], quod habebat bovis formam. Denique quum in Ægyptum delata eſſet, Iſis eſt facta, cujus navigium [c], certo quodam die, in memoriam fugæ celebratur.

CAP.

a *Sic Inachi filia*. Scilicet Jo, poſtmodum Iſis apud Ægyptios dicta, ut cum Noſtro expoſuimus L. 1. cap. xi. ſeg. 20.

b *Iram Junonis effugit*. Zelotypiæ jaculis exagitata ſæpe Juno a poëtis fingitur in viri ſui Jovis pellices, quarum una quum eſſet *Jo*, quæ tandem aliquando in crimine cum adultero deprehenſa, ne iram experiretur Junonis, a Jove ipſo in vaccam mutata dicitur. At quum etiam ſub hac figura Juno infeſta eſſet eidem in Argi cuſtodiam traditæ, hoc in Pavonem transformato, *Jo* ope Mercurii in Ægyptum tranaſſe fertur, ubi priſtinæ formæ reſtituta, Iſidis nomen recepit, & divinos honores apud gentes illas obtinuit.

c *Cujus navigium*. Vide ad Lib. 1. cap. xi. ſeg. 21. (b) & cap. xxi. ſeg. 19.

CAP. XII.

1

VIdes ergo, non omnia Poœtas confinxiſſe [a], & quædam præfiguraſſe [b], ut quum vera dicerent, aliquid tale numinis [c] adderent iis, quos Deos eſſe dicebant; ſicut etiam de regnis [d].

a *Confinxiſſe*. Ms. *confixiſſe*.

b *Et quædam præfiguraſſe*. Daviſius; Heum., & Bunem., legunt: *ſed*, vel *At*. Clericus autem mendoſum putat Tò *præfiguraſſe* Bibl. *Antiq. & Nov. Tom.* XI. *pag.* 195. Unde Heum. *Reſcribo*, inquit, *figurare*. Bunem. exponit: *Germanis eſſet* Worſtellen: quod Latinis dicitur: *repreſentare*. Ego vero nihil immutandum judicio; nam Lactantius exprimit heic, Poetas ita ſuas adornaſſe fabulas, ut ſi quis deinceps Deorum origines inveſtigaret, hiſtorias quidem reperiret; ſed ita ab ipſis longe antea conſcriptas, ut res, ab illis actæ, hominum vires ſuperare viderentur.

c *Aliquid tale Numinis*. Daviſ. *Aliquid ſimile*: vel cum Heum. *Aliquid tamen*. Bun. *Aliquid falſi*: Aut. *Aliquid fortaſſe*. Mihi inter omnes congruentior videtur. *Aliquid ſaltem Numinis*. Nam in ſpecimine Ms. tres primæ litteræ ſunt *Sal*...., & ſpatium vacuum eſt aliquantulum majus; idemque Lactantius de Venere loquens L.I.cap.XVII.ſeg.11. ait: *Etiam ne habet hæc aliquid* Numinis?

d *Sicut etiam de regnis*. Daviſ. libentius legeret: *Sic fit etiam* &c. ſed Heum., & Bun. nihil mutandum cenſent; nam heic Tò *ſicut*; *exempli gratia*, ut L. I. cap. XI. ſeg.39. valet.

2

Quum enim dicunt, Jovem Cæli regnum ſorte tenuiſſe [a], aut Olympum [b] montem ſignificant, in quo Saturnum, & Jovem poſtmodum habitaſſe, veteres hiſtoriæ produnt, aut partem Orientis [c], quæ ſit quaſi ſuperior, quod inde lux naſcitur: Occidentis [d] autem velut inferior, & ideo Plutonem inferos eſſe ſortium; mare vero ceſſiſſe Neptuno [e], quod oram maritimam cum omnibus inſulis obtinuerit [f].

---

a *Sorte tenuiſſe*. Quæ hoc ſegmento dicuntur, jam a nobis expoſita ſunt L. I. cap. XI. ſeg. 30. ſeq.
b *Olympum*: Vide ubi ſupra ſeg. 35.
c *Partem Orientis*. Vide ubi ſupra ſeg. 35.
d *Occidentis*. Vide ibidem, & cap. XIV. ſeg. 5.
e *Neptuno*. Vide ſeg. 32. Lib. & cap. ubi ſupra.
f *Obtinuerit*. Ms. *optinuerit*.

3

Multa ſic poetæ colorant [a], quod qui neſciunt, tanquam mendaces eos arguunt, verbo duntaxat [b]: Nam re quidem credunt, quo-

---

a *Poetæ colorant*. Ms. *Potæ*.
b *Verbo dumtaxat*. Heum. *Hunc locum*, inquit, *ita*

quoniam Deorum ſimulacra ſic fingunt, ut quum mares, ac feminas [c] faciant, & alios conjuges, alios parentes, alios liberos fateantur, Poetis utique aſſentiant: hæc enim ſine coitu, & generatione eſſe non poſſunt.

---

ita corrigo: *Arguunt*. *Arguunt vero verbo dumtaxat* Bun. autem; *Repete*, ait, *arguunt*. Sed hoc verbum adeo proximum eſt, ut nihil ſit addendum.

c *Ut quum mares, ac fœminas ... utique aſſentiant.* Ms. *aſſentiunt*. Heum. *ut cum mares, tum feminas*. Et appoſito puncto poſt *fateantur*. Lego, inquit, *Poetis itaque adſentiunt*.

CAP. XIII.

1

SEd omittamus ſane Poetas. Ad hiſtoriam veniamus [a], quæ ſimul & rerum fide, & temporum nititur vetuſtate.

---

a *Ad hiſtoriam veniamus*. Bunem: non punctum ſed ſimplicem comam ante hæc verba ponendam cenſet. Ego autem cum aliis omnibus interpungo.

2

Euhemerus fuit Meſſenius [a], antiquiſſimus ſcriptor, qui de ſacris Inſcriptionibus

veterum templorum, & originem Jovis, & res geſtas, omnemque progeniem collegit, item cæterorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, ſepulcra etiam perſecutus eſt.

---

a *Eubemerus fuit Meſſenius*. De hoc hiſtorico plurimi mentionem faciunt tam pagani, quam Eccleſiaſtici Scriptores veteres, inter quos Clemens Alexandrinus, eum inter illos numerat, qui ob detectam, rejectamque ſuperſtitionem Ethnicorum per injuriam inter atheos relati ſunt, qualem eum fuiſſe tradidit Theophilus L. III. ad Authol. Non omnes eum Meſſenium; ſed aliqui Agrigentium, alii Tegeatem fuiſſe dicunt. Vide locum a nobis indicatum Lib. I. cap. XI. ſeg. 33.

3

Quam hiſtoriam vertit Ennius in latinam [a], cujus hæc verba ſunt: *Hæc ut ſcripta ſunt* [b] *, Jovis, fratrumque ejus ſtirps, atque cognatio. In hunc modum nobis ex ſacra ſcriptione traditum eſt* [c]. Idem

---

a *In latinam*. Daviſ. *Subaudi*, inquit, *aut ſupple. linguam*. Heum., & Bun. *in latinum*; Ut Cicer. *de Offic.* Lib. II. 24., & S. Auguſt. Lib. VII. *de Civ. Dei* cap. 26. de eodem locuti ſunt.

b *Scripta ſunt*. Ms. *ſcribpta*.

c *Traditum eſt*. L. I. cap. XIV. ſeg. 6. Hæc eadem verba ex Cod. Bon. recitavimus; notata tamen varia-

riatione, quam heic indicant Daviſ., Bun., Heum., & Anonymus Brittannus, qui ſolam mutat interpunctionem, punctum apponendo poſt Tò *cognatiò*. Et inde novum inchoant periodum.

4

Idem igitur Euhemerus, Jovem tradit, quum quinquies orbem circumiviſſet,& amicis ſuis, atque cognatis diſtribuiſſet imperia, legeſque hominibus [a], multaque alia bona feciſſet, immortali gloria, memoriaque affectum ſempiterna, in Creta vitam commutaſſe, atque ad Deos abjiſſe, & ſepulcrum ejus eſſe in Creta, in oppido Gnoſſo [b], & in eo ſcriptum antiquis litteris Grecis ZANKPONOY,quod eſt, JUPITER SATURNI.

D 3 Con-

a *Circumiviſſet*. Ms. *circumiſſet*.

b *Legeſque hominibus*. Heum. *Adjiciò*, inquit, *dediſſet*, vel *reliquiſſet ex* L.I. cap. xi. ſeg. 45., *ubi eadem Ennii verba proferuntur*.

c *In oppido Gnoſſo*. Sic etiam L. I. cap. xi. ſeg.46. Adde Momum Luciani L. II. *Dialog de Deor. Concil.* ubi ſic loquitur Jovi: *Equidem in Creta non tantum hoc audire licet; verum illud quoque de Te dictitant, atque etiam Sepulchrum tuum commoſtrant hoſpitibus*.

d ZANKPONOY. I. E. *Jupiter Saturni.* Vide ad Lib. I. cap. xi. ſeg. 46.

5

Conſtat ergo ex iis, quæ retuli, hominem fuiſſe, in terraque regnaſſe [a].

a *In terraque regnaſſe*. Ms. *in terramque* &c.

CAP. XIV.

1

TRanſeamus ad ſuperiora, ut originem totius erroris deprehendamus. Saturnus Cælo, & Terra [a] traditur natus.

a *Saturnus Cælo, & Terra* &c. Vide L. 1. cap.xi. ſeg. 52, ſeq.

2

Hoc utique incredibile eſt. Sed cur ita traditur [a], ratio certa eſt, quam qui ignorat, tanquam fabulam reſpuit. Saturni Patrem Uranum fuiſſe vocitatum [b], & Hermes autor eſt [c], & ſacra hiſtoria [d] docet.

Tris

a *Sed cur ita traditur*: Sic Ms. Hem., & Bun.*tradatur*.

b *Uranum fuiſſe vocitatum*. Vide L. I. cap. xi. ſeg. 61. nota (f) quæ debet eſſe (a).

c *Hermes author eſt*. Vide ubi ſupra nota (b).

d *Et Sacra hiſtoria*: Nempe Euhemeri, ab Ennio *in latinum verſa*.

❧ 3 ❧

Triſmegiſtus paucos admodum fuiſſe quum diceret perfectæ doctrinæ viros, in iis cognatos ſuos [a] enumeravit, Uranum, Saturnum, Mercurium.

a *Cognatos ſuos*: Scilicet natu Majores, a quibus ſe tradidit genus duxiſſe.

❧ 4 ❧

Euhemerus eundem Uranum primum in terra [a] regnaſſe, commemorat his verbis: *Initio [b] primus in terris imperium ſummum Cælus habuit, is id regnum una cum fratribus ſuis ſibi inſtituit, atque paravit [c].*

D 4 CAP.

a *In terram.* Iterum Daviſius, & alii corrigunt: *in terra.*

b *Initio* &c. Hæc eadem Ennii verba habentur Lib. I. cap. XIII. ſeg. 13. leguntur hæc etiam Græce apud Euſebium *Præp. Evangel. Lib. II.* cap. II. Et quidem ex Euhemero, tamquam a Diodoro Siculo L. VI. laudato; ſed ſi omnia ſimul conferas, ſatis varia, & repugnantia invicem ſingula reperies, ut ſuis locis ſerio expendemus.

c *Paravit*. In Ms. hæc vox non integra apparet; ſed reſtituta eſt ex cap. XIII. L. I. ſeg. 13., & ex iis, quæ ſequuntur, codicis defectus cognoſcitur, qui exten-

tenditur uſque ad c. xx. ejuſdem Libri I., complectiturque inanes Stoicorum de Diis interpretationes, ipſorumque numinum facinora, ac turpitudines; nec non occaſiones, & cauſſas, ob quas divinitas illis tributa eſt. Hinc, iis, quæ ſtatim addimus, verbis apte putatur claudi poſſe cap. xix.

C A P. XIX.

I.

HOminumque ſtultam benevolentiam[a], & errorem divinitas attributa ſit.

a *Homniumque ſtultam benevolentiam*. Heum. *Scriptum*, inquit, haud dubie fuit: *per homniumque* &c.

C A P. XX.

I

DIxi de religionibus, quæ ſunt communes omnium gentium. Dicam nunc de Diis, quos Romani proprios habent[a]. Fauſtu-

a *Quos Romani proprios habent*. Etſi Romani poſtquam omnibus fere gentibus dominari cœperunt, gentium omnium implicati eſſent erroribus; ſemper tamen uſque ad illorum ejurationem, aliquos habuit ſibi peculiares, de quibus Noſter egit L. I. c. xx. ſeg. I.

2

Fauſtuli conjugem Romuli, Remique nutricem [a], cujus honori Larentinalia [b] ſunt dicata, vulgati fuiſſe corporis, quis ignorat? Et iccirco Lupa nuncupata eſt, & in feræ ſpeciem figurata.

---

a *Romuli, Remique nutricem.* Ms. *Remque nutricem.*
b *Larentinalia*. De quibus vide ubi ſupra ſeg. 4. Ms. *Larentali.*
c *Et in feræ ſpeciem*. Ms. *ſpecie*.

3

Faula quoque, & Flora [a] meretrices erant, quarum altera Herculis fuit ſcortum, ſicut Verrius tradit, altera quum magnas opes corpore quæſiviſſet, populum ſcripſit hæredem, & ideo in honorem ejus ludi Floralia [b] celebrantur.

---

a *Faula quoque, & Flora*. De utraque egimus cum Noſtro ubi ſupra a ſeg. 5. ſeq.
b *Floralia*. Vide ibidem ſeg. 10.

4

Tatius [a] muliebre ſimulacrum in cloaca maxima repertum conſecravit, & Deam Cioa-

---

a *Tatius ... Deam Cloacinam*. Ibidem ſeg. 11.

Cloacinam nuncupavit. Obſeſſi a Gallis Romani ex mulierum capillis tormenta fecerunt, & ob id Veneri Calvæ [b] aram, templumque poſuerunt.

b *Veneri calvæ.* Vide ubi ſupra ſeg. 27.

5

Item Piſtori Jovi, quod eos monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem facerent [b], & ſupra hoſtes jacerent, quo facto deſperantes Galli poſſe inopia Romanos ſubigi, ab obſidione diſceſſerant.

a *Piſtori Jovi.* Ibidem ſeg. 33.

b *Monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem fecerent.* Ms. *pacem fecerent.* Hanc hiſtoriam Livius, Florus, allique narrant; ſed Ovidius de admonitione in ſomnis expreſſe mentionem facit in Faſtis L. VI. ỹ. 386.

.... Mediæ tempora noctis erant.
Iam ducibus ſomnum dederat labor; increpat illos
Juppiter, & ſacro quid velit ore, docet.

Adde annotata ad L. I. cap. XX. ſeg. 33.

6

Pavorem, ac Pallorem [a] Tullus Hoſtilius

a *Pavorem, ac Pallorem.* Vide ubi ſupra ſeg. 11.

lius Deos fecit. Colitur & Mens [b], quam, credo, ſi habuiſſent, numquam colendam putaſſent. Honorem, atque Virtutem [c] Marcellus invenit:

b *Colitur & mens*. De hac egimus cum Lactantio ibidem ſeg. 13.

c *Honorem, atque virtutem.* Vide ad L.I. cap.xx. ſeg. 12.

CAP. XXI.

i

SEd & alios ejuſmodi[a] commentitios Deos Senatus inſtituit Spem, Fidem, Concordiam, Pacem, Pudicitiam, Pietatem, quæ omnia, cum in animis hominum eſſe vera deberent, intra parietes falſa poſuerunt. Hos

a *Commentitios Deos*. Non mirandum ſi mox fœminas divinis donatas honoribus Noſter recenſet; nam antiquis *Deorum* vocabulo, tam mares, quam fœminæ innotuere; Cicero enim ad legem illam, quam Noſter recitat Lib. 1. cap. xx. ſeg. 19. ſubdit: *Bene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides, conſecratur manu: Quarum omnium Romæ dedicata publice tampla ſunt: ut illa, qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipſos in animis ſuis conſecratos putent.*

§ 2 §

Hos tamen, quamvis extra hominem in nulla ſint omnino ſubſtantia, mallem potius coli, quam Rubiginem, quam Febrem [a], quæ non ſacranda ſunt, ſed execranda: quam Fornacem [b] cum ſuis Fornacibus ſacris: quam Stercutum, qui fimo [c] pinguefacere terram primus oſtendit: quam Deam Mutam [d], quæ Lares genuit: quam Cuninam [e], quæ cunis infantium præeſt: quam Cacam, quæ ad Herculem de furto boum detulit, ut occideret fratrem.

---

a *Quam Rubiginem, quam Febrem.* De iis vide ubi ſupra ſeg. 17 Ms. *Robiginem*, ut in Cod. Bon.

b *Quam Fornacem.* De hac, atque ſacris ejus vide ibidem ſeg. 35.

c *Quam Stercutum, qui fimo.* Ms. *qui fumo* Vide ad Lib. I. cap. xx. ſeg. 36. nota (d).

d *Deam Mutam.* Vide ibidem ſeg. 35. ubi etiam de Laribus, quorum ipſa mater dicebatur.

e *Quam Cuninam ... quam Cacam.* De iis egimus ibidem ſeg. 36. Ms. *qua Cuninam*. Hæc i Bon. Codice dicitur *Cunia* ſicuti L. C. ſcripſimus.

§ 3 §

Quam multa ſunt alia portenta, atque ludibria, de quibus piget dicere? Terminum tamen [a] non libet præterire, quia ne Jovi

Jovi quidemCapitolino ceſſiſſe traditur,quum lapis eſſet informis.

a *Quam multa ſunt*. Daviſius delet ultimum verbum, & ſolo commate hanc periodum a ſuperioribus ſeparat, quaſi membrum eſſet ſuperioribus ſimile; & Bunem. Punctum interrogationis removet, ut Tò *quam multa* idem valeat, ac *valde multa*.

b *Terminum tamen*. De Deo Termino, ac de iis, quæ heic narrantur, diximus ubi ſupra ſeg.37. ſeq.

4

Hunc finium putant habere cuſtodiam, eique publice ſupplicatur, ut *Capitolj immobile ſaxum* Romani Imperii fines, & conſervet, & proroget [a].

a *Et conſervet, & proroget*. Secundam copulam Pfaffius reſtituit.

C A P. X X I I.

1

HAs omnes ineptias primus in Latio Faunus induxit [a], qui & Saturno avo cruenta ſacra conſtituit [b], & Picum patrem, tam-

a *Faunus induxit*. Vide dicta L. I. ad cap. XXII. ſeg. 9.

b *Qui & Saturno avo cruenta ſacra conſtituit*. De ſacris

tamquam Deum voluit c & Sentam Faunam d conjugem, ſororemque inter Deos conlocavit, *ac bonam Deam* nominavit. Dein-

ſacris hujuſmodi egimus cum Noſtro cap. xxi. Lib. I. ſeg. 6. & ſeq. Nec non Diſſ. II. §. xiv. xviii. xxix. ea exposuimus. Ne autem putes eum in Latio, ſic proprie dicto, ſolummodo regnaſſe, ut quidam perperam adverſus a me dicta ſ. xx. ejuſdem Diſſertationis contendunt; nota quod ex Trogo inquit Juſtinus Lib. xliii. cap. 1. *Italiæ cultores primi Aborigines fuere, quorum Rex Saturnus* &c. Quod autem ejuſmodi ſacra apud Noſtros fieri primum inſtituta ſint a Pelaſgis, circa Cutiliam Aboriginum urbem ſtativa habentibus, refert Dionyſius Halicarn. *L. I. Anq. Rom.* ubi etiam p. 16. verſus Oraculi Dodonæi recitat, quibus urgentibus id ſacrificii genus induxerunt:

Pergite quærentes Siculum Saturnia rura,
Atque Aboriginidem Cotylen, ubi ſe inſula vectat:
Quais miſti decimas Clario tranſmittite Phoebo,
Atque Jovi capita, & tranmittite lumina patri.

Quorum ultimus Græce a Noſtro recitatur L. I. c. xxi. ſeg. 7. & a Macrobio exponitur Lib. I. Saturn. c. vii. poſt medium.

c *Et Picum patrem, tamquam Deum coli voluit.* Hæc cum Bunemanno, & ex nova collatione Ms. reſtituimus, quæ ab aliis omnibus omiſſa ſunt. Eadem leguntur etiam L. I. cap. xxii. ſeg. 9. (c).

d *Et Sentam Faunam*. Sic etiam in Cod. Bon. ut cum eo legimus ubi ſupra nota (d) ibidemque variantes dedimus lectiones, quas illuc appoſuimus. Pfaff., & alii ediderunt *fatum Faulam*. Al. ex Ms. *Fentam Faunam*, pro *S* ponendo *F*. Noſtra lectio antiquior, & notior. Sunt qui eam cum *Sentia*, quod Numen ſententiarum confundunt. Vide Feſtum, & Jul. Modeſtinum.

2

Deinde Romæ Numa [a], qui agreſtes illos, ac rudes viros ſuperſtitionibus novis [b] oneravit, ſacerdotia inſtituit, Deos familiis, [c] gentibuſque diſtribuit, ut animos ferocis populi ab armorum ſtudiis avocaret.

a *Numa*. De hoc Romanorum Rege cum Noſtro locuti ſumus L. I. cap. XXII. a ſeg. I. Heum. *Numa agreſtes*, ejecto relativo intermedio.
b *Superſtitionibus novis*: Ms. *ſuperſtitionibus nobis*.
c *Et Deos familiis*: In Ms. copula deſideratur, quam Pfaffius, merito reddidit, quia ſpatium vacuum ibidem apparet. Daviſius eam delendam judicat.

3

Ideo Lucilius deridens ineptias iſtarum, qui vanis ſuperſtitionibus ſerviunt, hos verſus poſuit:

Terriculas lamias Fauni, quas Pompiliique
Inſtituere Numæ, tremitas [b], hic omnia ponit,

Ut

a *Lucilius*. De eo, ſuiſque verſibus infra legendis, diximus ubi ſupra ſeg. 13.
b *Tremitas*. Al. *tremit has*. Sic reſtituo ex Bon. Ms. Codice, aliiſque quatuor Romanis ita legentibus L. c.

Ut pueri infantes credunt, ſigna omnia abena[c]
Vivere, & eſſe homines, ſic iſti[d] *omnia ficta*
Vera putant, credunt ſignis cor ineſſe in abenis,
Pergula pictorum: veri nihil[e]*, omnia ficta.*

---

c *Abena*. Ms. *æna*; ſed mox: *in abenis*.
d *Sic iſti*. Pfaffius apud Bunem. *Lege*, inquit, *iſti ſic*: ſed nihil mutandum contra Ms. fidem.
e *Veri nihil, omnia ficta*. Ms. *omnia picta*.

4

Tullius quoque de natura Deorum commentios, ac fictos Deos queritur inductos, & hinc extitiſſe falſas opiniones, erroreſque turbulentos, & ſuperſtitiones pene aniles. Quæ ſententia eo debet gravior computari[a], quod hæc diſſeruit & Philoſophus, & Sacerdos[b].

CAP.

---

a *Computari*. Sic recte Daviſius, & qui poſt eum opus hocce ediderunt. Al. *comparari*.
b *Philoſophus, & Sacerdos*. I. E. M. Tullius Cicero.

CAP. XXIII.

1

Diximus de Diis, nunc de ritibus ſacrorum, culturiſque dicemus [a]. Jovi Cyprio [b], ſicut Teucrus inſtituerat, humana hoſtia mactari ſolebat.

a *Culturiſque dicemus*. Non ſemel *cultura* vocabulum pro *cultu* uſurpatum in Lactantii operibus Mſ. & typis editis occurrit; quod etiam nos L. v. cap. vii. ſeg. 2. retinuimus: nec deſunt qui putant vocem hanc eſſe Ciceronianam in iis præſertim verbis, quæ a Noſtro recitantur L. IV. cap. xxviii. ſeg. 3. Horatius hoc eodem ſenſu eam adhibuit L. I. Epiſt. xviii. ỷ. 86.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici
Expertus metuit. Adde cap. xxiv. ſeg. 4. ex Ennio, & Cicerone.

b *Jovi Cyprio*. Vide ad L. I. cap. xxi. ſeg. 1.

2

Sic & Tauri Dianæ [a] hoſpites immolabant. Latialis quoque Jupiter [b] humano ſanguine

a *Sic & Tauri Dianæ*. Vide ubi ſupra ſeg. 2.

b *Latialis quoque Jupiter*. Sic in Mſ., at Pfaffius edidit *Latiaris*, ſicuti Codex Bon. habet L. I. cap. xxi. ſeg. 3. Utroque autem modo latiue dicitur.

guine propitiatus eſt. Etiam ante Saturno [c] ſexagenarii homines ex reſponſo Apollonis [d] de ponte in Tiberim dejiciebantur.

c *Etiam ante Saturno*. Scilicet *dejicebantur*: ſecundum ea, quæ diximus cap. ſuperiori ſeg. 1. nota (b) male itaque Pfaffius lectiouem Ms. reliquit, & edidit: *ante Saturnum*.

d *Ex reſponſo Apollinis*. Sic cum Daviſio legendum puto; nam & lectio congrua eſt, nec a dubiis Ms. characteribus valde recedit, etſi Pfaffiius, & alii legunt: *ex perſona* &c.

3

Et idem Saturno Carthaginienſes [a] non modo infantes proſecrabant [b], ſed & victi a Siculis [c], ut piaculum ſolverent, ducentos nobilium filios immolarunt.

Nec

a *Et eidem Saturno Carthaginenſes* &c. Vide ad L. I. cap. XXI. ſeg. 9. Adde Silium Italic. Lib. IV. Punc. ℣. 767. & Juſtinum Hiſt. L. XXIII.

b *Proſecrabant*. Daviſius, & Heum. *proſecabant*: Servavimus lectionem Ms. Codicis, ut etiam fecimus L. III. cap. XX. ſeg. 16. Lib. IV. cap. XXVII. ſeg. 5.

c *Sed victi a Siculis*. Hanc hiſtoriam Noſter retulit L. I. cap. XXI. ſeg. 13., & ex Diodoro Siculo eam refert etiam Euſebius *Præp. Evangel.* L. III. cap. XVI. ubi quoque de ſimilibus Ethnicorum ſacrifiriciis, ex Porphyrio, & aliis prolixe agit, confirmatque id, quod a nobis annotatum eſt ibidem ad ſeg. 9.

4

Nec illa his humaniora ſunt, quæ fiunt etiam nunc Matri magnæ [a] atque Bellonæ, in quibus [b] Antiſtites non alieno ſanguine; ſed ſuo litant, quum amputatis [c] genitalibus a viris migrant, nec ad fœminas [d] tranſeunt, aut ſectis humeris [e] deteſtabiles aras proprio cruore reſpergunt.

a *Matri magnæ*. Scilicet *Deum matri*, de qua Noſter ibidem ſeg. 16.

b *In quibus*. Subintellige *ſacris*, quæ vox, ut bene heic monet Bun. *forte excidit*.

c *Quum amputatis*. Sic optime Pfaffius reſtituit, ubi Ms. legit: *jam putatis*, & Heum. *aut amputatis* ex Anon. Brittanno.

d *Nec ad fœminas*. Pro. *nec tamen*. Quod placet Heum.

e *Aut ſectis humeris*. Ms. *ſecuti umoris*.

5

Veniamus ad mitia. Iſidis ſacra [a] nihil aliud oſtendunt, niſi quemadmodum filium parvum, qui dicitur Oſiris, perdiderit, & invenerit.

E 2 Nam

a *Inſidis ſacra*. Actum eſt de ea cap. XI. ſeg. 4. hujus libri, ubi etiam indicavimus loca, quæ huic correſpondent.

6

Nam primo Sacerdotes, ac Miniſtros, deraſis omnibus membris, tunſiſque pectoribus [a], plangunt, dolent, quærunt, affectum matris imitantes; poſtmodum puer per Cynocephalum [b] invenitur. Sic luctuoſa ſacra lætitia terminantur.

---

a *Tunſiſque pectoribus*. Vide dicta ad cap. xxi. L. I. ſeg. 20.

b *Per Cynocephalum.* Cynocephali ſecundum Herodotum in *Melpemone* ea omnia animalia dicuntur, quæ caput habent Caninum. Photius *in excerptis* ex Cteſiæ commentariis, *Perſica* inſcriptis, homines quosdam in Indiæ montibus habitare refert, qui idcirco Cynocephali appellantur, quia hujuſmodi habent capita. Adde Plin. Lib. VII. cap. 11., & Gellium L. IX. cap. iv. Mytographi hanc figuram tribuunt Anubidi, Ægyptiorum numinum uni, qui a Diodoro L. I. *Rerum Antiq. Bibl.* frater dicitur Macedonis, & comes, aut etiam una cum illo Iſidis filius, quorum ambo armis induti illam in Ægyptum fugientem ſecuti ſunt, in ſcutis gerentes figuram unicuique congruentem ſecundum genium; nimirum Anubis Canis ferebat inſigne, Macedon Lupi, eorundemque pellibus tegebantur. Vide Diſſ. xxvii. c. v. §. 1.

7

His etiam Cereris ſimile myſterium eſt, in quo, facibus accenſis, per noctem Proſer-

pina

pina inquiritur [a], & ea inventa ritus omnis gratulatione, ac tædarum jactatione finitur [b].

---

a *Proſerpina inquiritur*. Vide L. I. cap. xxi. ſeg. 24.

b *Tadarum jactatione finitur*. Daviſius heic: *Fefellit*, ait, *authorem memoria*; *Cereris enim ſacra prorſus erant luctuoſa Vide Clement. Alex. Procrept.* pag 4. *ſeq.* &c. *Adiſis Ovidium Faſt.* IV. ℣. 493. Nullus ſane fuit gratulationi locus: At non Lactantium memoria; ſed Daviſius oſcitantia decepit; ibidem enim Ovidius, tribus tantummodo interpoſitis carminibus ſtatim ſubdit:

Alba decent Cererem: veſtes Cerealibus albas
Sumite; nunc pulli velleris uſus abeſt.

Vide Diſſ. paullo ſupra laudatam cap. xvii. §. ix.

8

Lampaſceni aſellum Priapo [a] mactant. Ea enim viſa eſt aptior victima, quæ ipſi, cui mactatur, magnitudine virilis obſcœni [b], poſſet æquari.

---

a *Aſellum Priapo*. Actum eſt de utroque L. I. cap. xxi. ſeg. 24. ſeq.

b *Virilis obſcœni*. Sic Ovidius *in Faſtis* Lib. VI. ℣. 631.

9

Lindos eſt oppidum Rhodi [a], ubi Her-

culis ſacra maledictis celebrantur [b]. Hercules enim quum boves aratori abſtuliſſet, atque immolaſſet; ille injuriam ſuam [c] conviciis ultus eſt, eoque ipſo Sacerdote poſtmodum conſtituto, ſanctum eſt [d], ut iiſdem maledictis & ipſe & alii poſteà Sacerdotes ſacra celebrarent.

---

a *Lindos eſt oppidum Rhodi*. Ms. *Rhodii* Vide ubi ſupra ſeg. 31. Rhodus inſula in Aſiatico Mari notiſſima, Doridis, ac Lyciæ littoribus objacens. Urbes in ea tres claræ ſatis fuere. I. *Camirus*, hodie *Terachio*, a Camiro Herculis filio, ſuo de nomine appellata. II. *Jaliſus* hodie Rhodus; ubi ſolis coloſſus miræ ſeptuaginta cubitorum altitudinis; ac tantæ magnitudinis, ut vix aliquis reperiri potuerit, qui ejus pollicem amplecti poſſet, formatus, & erectus fuit, & poſt LVI. ab erectione annum terræ motibus excuſſus, ac fractus. III. *Lindos*; Latinis *Lundus*, hodièque *Lindo*, Cleoboli patria, ubi quondam celebre fuit templum Palladis Lindiæ.

b *Maledictis celebrantur*. Ms. *celebratur*. Vide ubi ſupra ſeg. 31.

c *Injuriam ſuam*. Scilicet ſibi illatam. Siquidem, ut bene Gellius notat Lib. IX. cap. XII. Injurias *dicimus tam illorum*, qui patiuntur, quam, qui faciunt: *quarum dictionum exempla ſunt facilia inventu*.

d *Sanctum eſt*. I. E. *ſancitum*. Sic ſæpe Cicero, & qui de legibus agunt.

10

Cretici autem Jovis [a] myſterium eſt, quo-

quomodo infans, aut ſubtractus ſit patri, aut educatus. Capella præſto eſt, cujus uberibus puerum Amalthea nutrivit.

a *Cretici autem Jovis.* Sic Jupiter dictus eſt, quod in Cretam inſulam a Junone clam aſportatus dicitur, ut ibidem inſcio patre Saturno educaretur. Vide ad L. I. cap. xx I. ſeg. 38. ſeq. ubi de han Capella agitur.

11

Idem etiam Matris Deum ſacra demonſtrant. Nam quia tum Corybantes [a] galearum tinnitibus, & ſcutorum pulſibus vagitum pueri texerant, nunc imago rei refertur in ſacris; ſed pro galeis cymbala, pro ſcutis tympana feriuntur [b], ne puerum vagientem Saturnus exaudiat [c].

a *Corybantes*. De iis vide dicta ad Cap. xI. L. I. ſeg. 16. & 46.

b *Sed pro galeis cymbala, pro ſcutis tympana feriuntur*. Pfaffius edidit; *feruntur*. Sed bene Daviſius locum reſtituit ex Ovidii verſu cum aliis a Noſtro recitatis L. I. cap. xxI. ſeg. 40.

Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant.

c *Saturnus exaudiat*. Idem ac *audiat*; ſed elegantius.

CAP. XXIV.

1

HÆc ſunt myſteria Deorum. Nunc etiam originem Religionum[a] requiramur, ut & a quibus & per quæ tempora inſtitutæ fuerint, eruamus.

---

a *Originem religionum*. Religio una, & ſancta eſt; iccirco quoties in plurali apud antiquos vox iſta reperitur, falſorum numinum cultum, ut notavimus ad Lib. I. cap. XVI. ſeg. 2. ſeq. deſignat.

2

Didymus[a] in iis libris, qui inſcribuntur Ἐξηγήσεως πινδαρικῆς Meliſſea fuiſſet tradit[b], Cretenſium Regem, cujus filiæ fuerint Amal-

---

a *Didymus*. Is fuit illuſtris Philologus patria Alexandrinus, qui, Athenæo teſte, *Bibliothecas* dictus eſt ex voluminium multitudine, quos edidiſſe fertur quingentos ſupra ter mille. Vide Macrob. Lib. V. *Saturn*. cap. XVIII.

b Ἐξηγήσεως πινδαρικῆς: Sic recte, ut Lib. I. cap. XXII ſeg. 19. Pfaffius reſtituit; nam prave in Ms. legitur: Ἐξηπήσεως πιναaρικῆς

Amalthea, & Meliſſa [c], quæ Jovem nutrierint caprino lacte, ac melle [d].

c *Meliſſea fuiſſe tradit.* Codex antiquiſſimus Bon. *Meliſſean*, ut ſcripſimus L. I. cap. XXII. ſeg. 19. Ms. Taur. *Mellıſſea*.

d *Amalthea, & Meliſſa* Ms. & *Telliſa*, aut *Felliſa*. Vide de iis ubi ſupra.

3

Hunc novos ritus, ac pompas ſacrorum introduxiſſe, & primum Diis ſacrificaſſe [a], id eſt Veſtæ, quæ dicitur Tellus. Unde Poeta [b]:

. . . . *primamque Deorum*
Tellurem.

& poſtmodum: *Deum matri*.

a *Et primum Diis ſacrificaſſe*. Daviſius *Malim*, ait, *& Diis ſacrificaſſe, id eſt, primum Veſtæ . . . & poſtmodum Deum matri*. Congruentior equidem hanc lectionem cenſeo cum iis, quæ Noſter habet, ubi ſupra ſeg. 28.

b *Unde poeta*. Nempe Virgilius Æn. VII. ℣. 136.

4

Euhemerus autem in ſacra hiſtoria [a] ipſum

a *In ſacra hiſtoria*. Ms. *ſtoria*: Scilicet in libris, in quibus, ut ait Cicero: *& mortes, & ſepolturæ demonſtrantur Deorum*. *L. I. de Nat. Deor.* prope finem.

5

Quando autem iſti fuerint [a], facile colligi poteſt. Scribit enim Thallus [b] in hiſtoria ſua, Belum Regem Aſsyriorum [c], quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit æqualis, & amicus, antiquiorem fuiſſe Troico bello annis CCCXXII. [d] & ſunt ab Ilio capto anni MCCCCLXX. [e].

Unde

---

a *Quando autem iſti fuerint* &c. Scilicet *hoſpites* Jovis interpretatus eſt Pfaffius; ſed Daviſius potius Jovem ipſum, & Meliſſea denotari putat. Ego vero omnes intelligo, de quibus in toto hocce capite actum eſt, per ea verba deſignari, ut quæ ſequuntur, oſtendunt.

b *Scribit enim Thallus*. Ex Theophiio *ad Autholycum*, hiſtoricum hunc laudat Lactantius L. I. c. XXIII. ſeg. 2., & nos de utroque dicemus Diſſ. XL. cap. XXI. §. XLIII. & cap. XXII. §. IV.

c *Belum regem Aſſyriorum*. Ms. *Bellum*. Fortaſſe Beleum, qui ex Euſebio *in Chron.* Nonus fuit Aſſyriorum rex; nam Belus pater Nini, non Rex fuit; ſed parens primi regis, nt idem teſtatur author. Vide Diſſ. XXII. cap. II. Tab. III. Circa annum ab O. C. 4. MX. ſecundum Græcorum ſupputationem, quam Noſter ſequitur.

d *Troico bello annis* CCCXXII. Sic pariter Lib. I. cap. XXIII. ſeg. 2.

e *Ab Ilio capto anni* MCCCCLXX. Eodem modo L. I. cap. XXIII. ſeg. 4.

6

Unde apparet, non amplius quam MDCCC.[a] eſſe annos, ex quo novis Deorum cultibus[b] inſtitutis, humanum genus inciderit in errorem.

a *Non amplius quam* MDCCC. Ita etiam ubi ſupra ſeg. 5.
b *Ex quo novis Deorum cultibus.* Iterum in Ms. *nobis* pro *novis*.

C A P. XXV.

1

MErito igitur Poetæ commutatum eſſe aureum ſeculum[a], memorant, quod fuerit regnante Saturno. Nulli enim tunc Dii colebantur[b], ſed unum, & ſolum Deum noverant. Poſt-

a *Aureum Sæculum*. Vide L. I. cap. XI. ſeg. 50., & L. V. cap. V. a ſeg. 2. ſeq., ubi de eo, ac Saturni uberrime agitur.
b *Nulli ergo tunc Dii colebantur*. Euſeb. Lib. I. *de Præpar. Evangel.* cap. IX. Al. VI. hanc veritatem demoſtrat ex ipſorum Gentilium hiſtoriis, ac tandem concludit: *Maneat igitur, hunc omnium gentium de multitudine Deorum errorem non niſi poſt longam ætatum ſeriem extitiſſe, qui quum a Phœnicibus, & Ægyptiis initium habuiſſet, ab iis in reliquas poſtmodum nationes ad ipſos uſque Græcos ſeſe propagavit*.

Digitized by Google

2

Poſtquam ſe terrenis, ac fragilibus ſubjugaverunt [a], colentes ligna, & aras, & lapides, commutatio ſæculi facta eſt uſque ad ferrum.

a *Subjugaverunt.* Daviſ. *Lege*, inquit, *ſubjugaverant, quod poſtulat oratio*; at non eſt qui exaudiat.

3

Amiſſa enim Dei notitia, & uno illo vinculo humanæ ſocietatis abrupto [a], vaſtare ſe invicem, prædari, ac debellare cœperunt.

a *Et uno illo vinculo humanæ ſocietatis abrumpto.* Nempe veræ, ac Sanctæ Religionis; ſicuti diximus in Iſagogæ §. XXXII.

4

Quod ſi ſurſum oculos ſuos tollerent, ac Deum intuerentur, qui eos ad adſpectum cæli, ſuique excitavit, nunquam ſe curvos, & humiles facerent terrena venerando, quorum ſtultitiam Lucretius [a] graviter incuſat, dicens:

a *Lucretius*: Nempe L. VI. ℣. 51. ubi habetur pro *& faciunt*: *efficiunt*. L. II. cap. III. ſeg. 10. eoſdem verſus Noſter recitaverat.

Et faciunt animos humiles formidine divum,
Depreſſoſque premunt ad terram.

§ 5 §

Qua reddunt. Nec intelligunt [a] quam vanum ſit ea timere, quæ feceris, aut ab his aliquod ſperare præſidium, quæ muta, & inſenſibilia nec vident, nec audiunt ſupplicantem.

a *Qua reddunt.* *Nec intelligunt.* Sic ex Ms. edidit Pfaffius; ſed lectio prava eſt, & ſenſu expers; ideoque Daviſ. tentat: *quare colunt.* Cler. *in qua repunt.* Heum. *Quare nec intelligunt.* Bun. *quare credunt*, aut, *quare produnt.* Mihi vero characterum ductus innuunt: *quam adorant, nec intelligunt* &c. ex Lib. II. cap. IV. ſeg. 5.

§ 6 §

Quid ergo majeſtatis, aut numinis habere poſſunt, quæ & fuerunt in hominis poteſtate, ne fierent, aut ut aliud fierent, & ſunt etiam nunc [a].

Nam

a *Et ſunt etiam nunc.* Scilicet in hominis poteſtate ne ſint, aut ut fiant id, quod quilibet ea eſſe voluerit.

7

Nam & violari, & furto ſubtrahi poſſunt, niſi illa & lex ſepiat, & humana cuſtodia. Num igitur mentis ſuæ compos videri poteſt, qui talibus optimas victimas cædit, dona conſecrat, pretioſas veſtes offert, quaſi uti poſſint [c], qui motu carent?

---

a *Et furto ſubtrahi*: Sic Heum. & Langletius; ubi Daviſius, & Walchius *ſublati* cum Pfaffio legebabant, non advertentes,quod præceſſit vox neutrius generis, nempe: Numina, & mox ſequitur: *niſi illa*. Pfaffius ſecundis curis cum Bunem. communicatis, legendum putat: & *furto ſublabi*, quod ſcite excogitatum eſt; nam a verbo *ſublabor*: cujus ſignificatio eſt, aut *latenter labi*, aut *infra decidere*: fit modo infinito: *ſublabi*. Unde Virgilius non ſemel *ſublapſa* dixit. At *furti ſublabi*, incongrua dictio videtur; potius itaque ſi *ſubtrahi* non placeat; lege: *ſubduci*; nam *furtim*, & *furto* ſubducere, pro *furari* latine dicitur. Livius enim de Porſenæ obſidibus datis ait: *furto eos ſubduxiſtis*.

b *Optimas victimas*: Pfaffius, & alii legendum putant *opimas*, ut Noſter ait L.II. cap.IV. ſeg.15. de iiſdem loquens; quod approbo.

c *Quaſi uti poſſint*: in Mſs. *poſſunt* Pfaffius: *Lege*, inquit, *quaſi uti eis poſſint*: Daviſ. pronomen minime neceſſarium putat.

8

Merito ergo Dionyſius Siciliæ Tyrannus

nus [a] Deos Græciæ, quum eam victor occupaſſet, ſpoliavit, atque deriſit, & poſt ſacrilegia, quæ admiſerat, ad Siciliam proſpera navigatione remeavit, regnumque tenuit uſque ad ſenectutem. Nec eum Dii violati puniri potuerunt [b].

---

a *Dionyſius Siciliæ tyrannus*. Hanc hiſtoriam expoſuimus L. II. cap. IV. a ſeg. 16. ad 21. Daviſius tamen putat Noſtrum heic a Cicerone deceptum unde nos ad ſua commentaria ad Lib. III. *de Nat. Deorum* cap. XXXIV. ablegat; ſed ſi ea cum iis conferas, quæ a nobis loco huic parallelo dicta ſunt, vana, & inutilia eſſe adverſus utrumque deprehendes.

b *Puniri potuerunt*. Etſi primum ſic Pfaffius ediderit; poſtmodum tamen, teſte Bunemanno, correctum voluit, *punire*; quam correctionem retinendam judicat Heum. ſed non neceſſariam putant Daviſius, & Bunem. qui primam adductis exemplis tuentur. Ob ea, quæ de Dionyſio heic Lactantius dixit, Leſcaloperius eum reprehendit, quamquam benigne accipiendum eſſe ſuadeat in commentariis ad laudatum Ciceronis locum pag. 688. cui tamen ſatis a nobis factum eſt ubi ſupra ſeg. 23. nota (c) ubi ſimilem, ſeu potius eandem Heraldi animadverſionem diſcuſſimus.

9

Quanto ſatius eſt, ſpertis inanibus, ad Deum ſe convertere, tueri ſtatum, quem a Deo acceperis, tueri nomen. Icci rco enim

an-

ἄνθρωπος [a], quia ſurſum ſpectat, nominatur.

---

a *Iccirco enim* ἄνθρωπος. Vide dicta ad L. II. c. 1. ſeg. 16. ubi loca ſimilia indicavimus, vindicavimuſque.

10

Surſum autem [a] ſpectat, qui Deum verum, & vivum, qui eſt in cælo, ſuſpicit; qui artificem, qui parentem animæ ſuæ non modo ſenſu, ac mente; verum etiam vultu, & oculis ſublimibus quærit.

---

a *Surſum autem*. Ms. *Suſum*.

11

Qui autem ſe terrenis, humilibuſque ſubſternit, utique illud, quod eſt inferius, ſibi præfert. Nam, quum ipſe opus Dei ſit, ſimulacrum autem opus hominis, non poteſt humanum opus divino anteponi, & ſicut Deus [a] hominis parens eſt, ita ſimulacri homo. Stultus igitur [b], & amens, qui adorat, quod ipſe fabricavit.

F Cujus

---

a *Et ſicut Deus* &c. Hæc germana Ms. lectio; nec video quare Anonymus Brittaunus cum Heumanno emendari contendat, & ita interpungi: *Et, ſi, ut Deus hominis* &c.

b *Stultus igitur*. Vide Lib. II. cap. 11. ſeg. 1.

12

Cujus artificii deteſtabilis, & inepti auctor fuit Prometheus, patruo Jovis Japeto natus. Nam quum primum Jupiter, ſummo potitus imperio, tanquam Deum ſe conſtituere vellet, ac templa condere, & quæreret aliquem, qui humanam figuram poſſet exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret [b], ita veriſimiliter, ut novitas, ac ſubtilitas artis miraculo eſſet.

a *Prometheus*. Vide dicta ubi ſupra ad cap. XI. ſeg. 5. ſeq.

13

Denique illum & ſui temporis homines, & poſtea Poetæ, tanquam fictorem veri, ac vivi hominis prodiderunt, & nos, quoties [a] fabrefacta ſigna laudamus, vivere illa, & ſpirare [b] dicimus. Et hic quidem author fuit fictilium ſimulacrorum.

Se-

a *Et nos, quoties* &c. Daviſ. *omnino lege: prodiderunt; ut nos*. Quod omnino placet ſi Tò *ut pro ſicuti* accipiatur.

b *Vivere illa, & ſpirare*. Pluribus illuſtratur hæc

hæc a Bunemmano, quibus addere alia poſſemus, niſi phraſis hujuſmodi obviæ nunc eſſent, & populares.

14

Sequentes autem poſteri[a] & de marmore ſculpſerunt, & ex ære ſuderunt: deinde proceſſu temporum ex auro, & ebore acceſſit ornatus, ut non modo ſimilitudines oculos hominum, verum etiam fulgor ipſe præſtringeret.

a *Sequentes autem poſteri* &c. Euſebius in Chron. de Promethei ætate hæc tradidit ad annum poſt Abraæ nativitatem ccccxxxi. *Quidam ſcribunt, Prometheum, & Epimetheum, & Atlantem* &c. *his fuiſſe temporibus. Alii vero ætate Cecropis, nonnulli ante Cecropem annis LX., ſive XC.* Sed antiquior procul dubio fuit Thara filius Nachor, & pater Abraæ: *ex quo tempore* ut inquit Epiph...... *ſimulacra ex argilla, figulinaque opera inventa ſunt, artifice Thara.* Cui ſimilia tradunt Suidas, Jo. Antiochenus, Malala, & alii, quorum opiniones, & ſententias expendemus Diſſ.xxvii. cap. xvi. §. v. ſeq.

15

Sic illecti pulchritudine, ac veræ majeſtatis obliti inſenſibilia ſentientes, irrationabilia

bilia [a] rationabiles, exanima viventes colenda ſibi, ac veneranda duxerunt [b].

a *Irrationabilia*. Quamquam in prima hujus operis editione legatur: *irrationabiles*, Ms. tamen habet ſicuti nos edidimus, ſic etiam volente Pfaffio apud Bunem., & expreſſe Noſter poſuit L. II. cap. 11. ſeg. 17., unde hæc ſunt excerpta.

b *Ac veneranda duxerunt*. Ms. *ad veneranda*.

CAP. XXVI.

1

NUnc refellamus eos etiam, qui elementa mundi [a] tanquam Deos habent, id eſt, cælum, ſolem, atque lunam, quorum artificem non cognoſcentes, ipſa opera mirantur, & adorant.

a *Elementa mundi*. Scilicet partes mundi potiſſimas, de qua elementi acceptione vide dicta ad Lib. I. cap. v. ſeg. 7., & cap. vii. Al. vi. ſeg. 1.

2

Qui error non imperitorum modo, verum etiam Philoſophorum eſt; ſiquidem Stoici univerſa cæleſtia [a] in Deorum numero habenda cenſent, quia certos, & rationabiles motus habent, quibus ſuccedentium ſibi tem-

temporum viciſſitudines conſtantiſſime ſervant [b].

a *Stoici univerſa Cæleſtia* &c. Ex Lib. II. cap. v. ſeg. 5., & ſeq. iſta hæc deprompta ſunt, & ibidem illuſtrata reperies.

b *Conſtantiſſime ſervant*. Daviſius *Lege*, inquit, *ſervantur*. Scilicet *viciſſitudines temporum*, ſed melius ſi intelligas: omnia Cæleſtia corpora ſuis motibus ſervare viciſſitudines &c. Nam Lib. II. cap. v. ſeg. 17. de iisdem dixit: *in conficiendis itineribus conſtantiam ſuam ſervant*.

3

Non eſt igitur in his voluntarius motus, quia præſtitutis legibus ſerviunt [a]; non proprio utique ſenſu, ſed opificio ſummi conditoris, qui illa ſic ordinavit, ut inenarrabiles curſus [b], & certa ſpatia conficerent, quibus die-

F 3

a *Præſtitutis legibus ſerviunt*. Vide ubi ſupra ſeg. 14.

b *Inenarrabiles curſus*: Senſu poſtulante, ait heic Daviſius reſcribendum: *inerrabiles*, quam lectionem Bunem. approbat, & recipit. At quum *inerrantes* ſtellæ, quæ non moventur, & fixæ ſunt, dicantur a Cicerone L. II. *de Nat. Deor.* cap. xxxv., & *Orbem inerrabilem* appellet Apulejus *de mundo p.* 234. primum illud Corporum Cæleſtium, quod in Syſtemate Ptolomaeico expers eſt cujuſcumque motus, non video qua-

dierum, ac noctium, æſtatis, & hyemis alterna variarent [c].

qua ratione dici poſſit: *curſus inerrabiles*. Iccirco lectionem codicis retinendam judico, in quo Tò *inenarrabilis motus* abmirabilem ordinem ſignificat, quo Cæleſtia corpora motum ſervant ab Opifice divino præfinitum, de quo etſi Aſtronomi loquantur, nondum tamen convenit inter eos, aut certo demonſtrant, qua ſit ratione diſpoſitus, quibuſque legibus dirigatur, ut Diſſ. XXIV. cap. IV. §. IV. viſuri ſumus. Vide ad L. II. cap. V. ſeg. 18. (e).

c *Alterna varient*. Sub intellige: *vice*. Eleganter autem vox illa more ſubſtantivorum uſurpatur: E. g. *alternis canere* &c. *alterna proponere* &c. Etſi Lact. Lib. II. cap. V. ſeg. 21. *alterna ſpatia*.

4

Quod ſi effectus eorum, ſi meatus [a], ſi claritatem, ſi conſtantiam, ſi pulchritudinem admirantur, intelligere debuerunt, quanto his pulchrior, & præclarior, & potentior ſit ipſe conditor, atque artifex eorum Deus.

a *Si meatus*. Hoc eſt tranſitus ultro, citroque, ac motus de loco in locum.

5

Sed illi divinitatem humanis viſibus æſtimaverunt, ignorantes, nec æternum eſſe poſſe

poſſe, quod veniat ſub aſpectum, nec, quod ſit æternum, poſſe oculis mortalibus comprehendi [a].

a *Oculis mortalibus comprehendi.* Scilicet plene intelligi, ac perfecte cognoſci. Al. *oculis mentis*,

C A P. XXVII.

1

UNum, & ultimum reſtat, ut, quoniam plerumque accidit, ſicuti in hiſtoriis legimus, ut majeſtatem ſuam Dii oſtendiſſe videantur per auguria, per ſomnia, per oracula: tum etiam pœnis eorum, qui ſacrilegia commiſerant, doceam, quæ ratio id effecerit, ne quis etiam nunc in eoſdem laqueos incidat, in quos illi veteres inciderunt [a].

a *In quos illi veteres inciderunt.* Ms. propoſitione caret, quam Pfaffius addidit, Heum. recepit, Bunem. omitt. poſſe cenſuit.

2

Quum Deus pro virtute majeſtatis ſuæ mundum de nihilo condidiſſet, cælumque luminibus adornaſſet; terram vero, & mare

compleſſet animalibus, tum hominem, de limo ad imaginem ſimilitudinis ſuæ figuratum [a], inſpiravit ad vitam [b], poſuitque eum in Paradiſo, quem conſeverat omni genere fructiferi ligni, & præcepit ei, ne una ex arbore, in qua poſuerat ei [c] ſcientiam boni, malique, guſtaret, fore, interminatus, ut vitam perderet, ſi feciſſet; ſi vero mandatum ſervaret, immortalis permaneret.

a *Ad imaginem ſimilitudinis ſuæ figuratum*. Id eſt, ut idem Lactantius loquitur L. II. cap. XI. ſeg. 3. *Ad imaginis ſuæ formam*. Ubi hanc phraſim quomodo ſit accipienda, indicavimus.

b *Inſpiravit ad vitam*. Vide ubi ſupra cap. XIII. Al. XII. ſeg. 3.

c *In qua poſuerat ei*. Sic edidit Pfaffius; At bene Daviſius: *Deleto*, inquit, *pronomine*, quod heic nihil præſtat, legendum eſſe: ſicuti legitur loco mox laudato ſeg. 16.

3

Tum ſerpens [a], qui erat unus ex Dei miniſtris, invidens homini, quod eſſet immortalis effectus; illexit eum dolo, ut mandatum Dei, legemque traſcenderet. Et hoc mo-

a *Tum Serpens*. Quem heic *ſerpens* dicitur, ubi ſupra ſeg. 17. appellatur *criminator*, ut heic ſeg. 6.

modo ſcientiam quidem boni, ac mali accepit; ſed vitam, quam perpetuam Deus tribuerat, amiſit.

§ 4 §

Ejecit [a] ergo peccatorem de ſancto loco, & in hunc orbem relegavit : ut victum quæreret per laborem, ut difficultates, & ærumnas pro merito ſuſtineret : ipſumque Paradiſum vallo igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem uſque judicii [b] ad locum illum perpetuæ beatitudinis conaret irrepere [c].

a *Ejecit ergo* &c. Vide ubi ſupra ſeg. 19.

b *Ad diem uſque judicii*. Errat in hoc Lactantius, ut notavimus L. c. (c).

c *Ad locum illum*. Anonym. Brittannus: *in locum illum*.

d *Conaretur irrepere*. Idem Anonym. *irrumpere*, quam lectionem approbat Heum.

§ 5 §

Tum ſecuta eſt hominem mors [a] ex Dei ſententia, & tamen vita ejus, licet tempora-

a *Tum ſecuta eſt hominem mors* &c. Particula *tum* omiſſa fuit in prima editione ; ſed Ms. authoritate, & Pfaffio monente, reddita fuit a Bunemanno.

ralis eſſe cœpiſſet, in mille annis [b] terminum ſumpſit, & id fuit humanæ vitæ ſpatium uſque ad cataclyſmi tempus. Nam poſt diluvium paullatim vita hominum breviata, & ad annos centum viginti [c] redacta eſt.

b *In mille annis*. Sic Lib. II. cap. XIII. Al. XII. ſeg. 21. ſed ibidem notata, & indicata videnda ſunt (b).

c *Ad annos centum viginti*. Vide ibidem ſeg. 23. ſeqq.

6

Serpens vero ille, qui de factis Diabolus [a], id eſt, criminator, ſive delator, nomen accepit, non deſtitit, ſemen hominis, quem a principio deceperat, perſequi.

De-

a *Qui de factis Diabolus, id eſt, criminator &c.* Daviſius heic ait: vel legendum: *nominari cœpit*. *Vel potius*: *Diaboli*, id eſt *criminatoris*, *ſive delatoris nomen accepit*. *Certe lectionem*, *quam repræſentat* Ms. *pati non videtur latinitas*. Bunemanno placet poſterior Lectio, pro qua affert Noſtri exemplum cap. 5. ſeg. 39. hujuſce libri. Sed nihil mutandum; nam tam *accipere*, quam *habere* nomen cum recto jungitur: E. g. *Nomen habet Fabius*. *Nomen recepit Battus*. Ovidius *Metam* Lib. I. Fab. VII. ℣. 6.

Eſt via ſublimis, Cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet.

7

Denique eum, qui primus in hoc orbe generatus eſt, inſpirato livore [a], in cædem fratris armavit [b], ut de duobus primogenitis hominibus alterum extingueret, alterum faceret parricidam.

---

a *Inſpirato livore*. Ms. *inſpirato libore*. Pfaffius legit *libere*. Sed quartum elementum, non ſecundam, ſed tertiam vocalem eſſe, Scriptum ſatis clare oſtendit, & iccirco ſolita variatio eſt, nimirum *b* pro *v*., ut ſæpe notavimus.

b *In cædem fratris armavit.* Intellige fratricidium Caini.

8

Nec quievit deinceps, quo minus per ſingulas generationes pectoribus hominum malitiæ virus infunderet, corrumperet [a], depravaret; tantis deniqne ſceleribus obrueret, ut juſtitiæ jam rarum eſſet [b] exemplum, & viverent [c] homines ritu belluarum. Quod

---

a *Eos corrumpere*. Ms. prima caret voce; quam a Pfaffio redditam iterum delevit Daviſius.

b *Juſtitiæ jam rarum eſſet*. Ms. *jam rerum*.

c *Et viverent*. Sic edidit Pfaffius, at Ms., & Daviſ. legunt; *ſed viverent*.

9

Quod Deus quum videret, Angelos ſuos miſit, ut vitam hominum excolerent [a], eoſque ab omni malo tuerentur. His mandatum dedit, ut ſe terrenis abſtinerent, ne qua labe maculati honore angelico mulctarentur.

---

a *Excolerent*. Sæpe Cicero hoc verbum uſurpat pro *expolire*, *ornare*, *manſuetum*, atque *Urbanum reddere*, ſeu *formare*.

10

Sed eos quoque idem ille ſubdolus criminator, dum inter homines commorantur, illexit ad voluptates [a], ut ſe cum mulieribus inquinarent. Tum damnati per ſententiam Dei [b], & ob peccata projecti, & nomen Angelorum, & ſubſtantiam perdiderunt [c].

Ita

---

a *Illexit ad voluptates*. Ms. *volumtates.* Vetus hic error refellitur a nobis loco indicato in notis ad L.II. cap. xv. a ſeg. 2., & deinceps.

b *Damnati per ſententiam Dei*. Sic edidit Pfaffius, & ſic omnino e Ms. legendum, in quo & *ſententiam* expreſſe legitur, & ante eandem vocem ſpatium vacuum, & detritum apparet. Daviſ. legit: *ſententia Dei*

Dei, quem Heum. Walchius, Bun. Langletius ſequuntur.

c *Et nomen Angelorum, & ſubſtantiam perdiderunt.* *Nomen* heic valet *officium*; ſubſtantiam vero Noſter uſurpat pro *facultate ſupernaturali*, id eſt, gratia ſanctificante, in qua a Deo fuerant creati; iccirco enim Lib. II. cap. xv. ſeg. 3. ubi hac de re Lactantius agit: *Sic*, inquit, *eos Diabolus ex angelis Dei ſuos fecit Satellites, ac miniſtros*.

II

Ita Diaboli ſatellites facti, ut haberent ſolatium perditionis ſuæ [a], ad perdendos homines converterunt [b], quos ut tuerentur, advenerant.

---

a *Ut habeant ſolatium perditionis ſuæ*. Sic Ms. Al. ex prima editione *haberent*. An autem illis in ſolatio ſit hominum perditio, vide annotata ad Lib. II. c. xv. ſeg. 11.

b *Ad perdendos homines converterunt.* Pfaffius addidit *ſe*, quod nec Daviſius, nec Bunem. receperunt.

CAP. XXVIII.

I

HI ſunt dœmones, de quibus Poetæ ſæpe in carminibus ſuis loquuntur, quos cu-

cuſtodes hominum appellat Heſiodus [a]. Ita enim perſuaſerunt hominibus illecebris atque fallaciis ſuis, ut eoſdem Deos eſſe, crederent.

---

a *Quos cuſtodes hominum appellat Heſiodus*. Vide ad L. II. cap. xv. 7.

2

Denique Socrates, habere ſe [a] a prima pueritia cuſtodem, rectoremque [b] vitæ ſuæ dæmonem, prædicabat, ſine cujus nutu, & imperio nihil agere poſſet.

---

a *Socrates habere ſe* &c. Vide ibidem ſeg. 9. & Iſag. §. XII.
b *Rectoremque*. Sic omnes, etſi Ms. legit: *rectorem quæ*.

3

Adhærent ergo ſingulis, & ſub nomine Geniorum, aut Penatium [a] domos occupant. His ſacraria conſtituuntur, his quotidie libatur, ut Laribus, his honos datur tanquam malorum depulſoribus, hi a principio [b], ut aver-

---

a *Geniorum, ac Penatium*. Vide L. C. ſeg. 12. ſeq.
b *Hi a princcipio*. Ms. *His a principio*.

averterent homines a Dei veri agnitione, novas religiones, & cultus Deorum introduxerunt.

4

Hi memorias Regum mortuorum conſecrari, templa conſtitui, ſimulacra fieri, docuerunt[a], non ut honorem Dei minuerent[b], aut ſuum augerent[c], quem peccando amiſerunt[d]; ſed ut vitam hominibus eriperent, ſpem veræ lucis auferrent, ne homines, unde illi exciderunt, ad immortalis cœleſte præmium pervenirent.

a *Simulacra fieri docuerunt*. Vide ad L. II.c.XVII. ſeg. 3.

b *Non ut honorem Dei minuerent*. Vide ibidem ſeg. 9.

c *Aut ſuum augerent*. Ms. *haut ſuum* &c. quam ſcriptionem etiam in Bon. Codice ſæpe vidimus.

d *Peccando amiſerunt*. Heum. mallet: *amiſerant*.

e *Spem veræ lucis auferrent*. Bun. *forte*, inquit, *& ſpem*. Heum. *ſpemque veræ* &c.

5

Iidem Aſtrologiam[a] prodiderunt, & augu-

a *Iidem Aſtrologiam*. Ms. *Idem* &c. De hac artium vaniſſima egimus cum Noſtro L. II. cap. XII. Al.XVI. ſeg. 1. ſeg.

guratum, & aruſpicinam, quæ quum per ſe falſa ſint, tamen ipſi authores malorum, ſic ea gubernant, ſic temperant, ut vera credantur.

6

Ipſi etiam magicæ artis præſtigias ad circumſcribendos oculos[a] repererunt. Illorum adſpiratione fit[b], ut quod ſit non eſſe, & quod non ſit, eſſe videatur.

7

Ipſi necyomantias[a], ipſi ſortes, & oracula

---

a *Ad circumſcribendos oculos*. Ms. *circumſcribendas* &c. *Circumſcribere* idem heic valet, ac *decipere*, *& circumvenire*. Cicer. L. IV. *Acad. Fallacibus, & captioſis interrogationibus circumſcripti, atque decepti*.

b *Illorum adſpiratione fit* &c. Daviſius. *Lege*, inquit, *Illorum enim* &c. *Nam redditur ratio*. *Excidit autem illa particula per hoc compendium* (n) *ſcribi ſolita*. Quod non intelligens Bunem. *Signa*, ait, *parentheſeos ex mente Daviſii addidi*. Vide heic bonum philologum notam compendiariam, qua per literam N. Tò *enim* exprimi ſolet, cancellis incluſam, pro ſignis parentheos accipere, ac venditare. Quæ heic a Noſtro dicuntur, expoſita ſunt a nobis loco jam indicato L. II. cap. xv. ſeg. 10.

---

a *Ipſi Necyomantias*. Sic in Ms. ſed Pfaffius edidit

cula[b], ut mentes hominum per ambiguos exitus, mentita divinatione deludant[c]. In templis vero, & ſacrificiis omnibus præſentes adſunt, & prodigiis quibuſdam fallacibus editis, ad miraculum præſentium[d], ſic homines circumveniunt, ut ineſſe numen ſimulacris, & immaginibus credant.

---

dit *Necromantias*, quæ mutatio neceſſaria non eſt; nam utraque vox Græca eſt, & a latinis adoptata pro *manium evocatione*, ut expoſuimus cap. XVII. ſeg. 1. nota (f).

b *Ipſi ſortes, & oracula*. Pfaffius addidit *invenerunt*, quod verbum non in Ms. adeſt, nec neceſſarium eſt, quum præceſſerit: *repererunt*. De ſortibus heic Lactantius loquitur, de quibus loco huic parallelo nullam fecit mentionem. Quia vero ſortibus uti diverſimode conſueverunt antiqui, hinc de iis loquemur Diſſ. XXVII. cap. II. §. III.

c *Deludant*. Daviſius mallet: *deluderent*. *Ne in temporum peccetur rationem*. Sed nihil mutandum, ut temporibus omnibus congruat, quod perditi ſpiritus invenerunt ad homines quoſcuſque poſſent, deludendos.

d *Ad miraculum præſentium*. Scilicet *ad admirationem* excitandam in adſtantibus. Ubi ſupra c. XVII. 10.

§ 8

Irrepunt etiam corporibus[a], ut ſpiritus

---

a *Irrepunt etiam corporibus*. Vide ad cap. XV. Lib. II. ſeg. 14. Ms. *Inrepunt*.

tenues, vitiatiſque membris, morbos conciunt, quos ſacrificiis, votiſque placati [b] poſtmodum relaxent; ſomnia immitunt, aut plena terroris [c], ut ipſi rogentur, aut quorum exitus [d] reſpondeant veritati, ut venerationem ſui augeant.

---

b *Votiſque placati*. Sic recte Pfaffius correxit pro *placatis*, ut habet Ms. Vide ubi ſupra c.XVII.ſeg.13., & 19.

c *Aut plena terroris*. Daviſius *Meo*, inquit, *periculo* leges: *aut plena terroris*, quam lectionem cum Bunemanno probamus. Ex cap.XV. ſeg. 14. Lib. II.

d *Aut quorum exitus* &c. Heum. Mallet. *Utque, quum exitus reſponderit veritati*, *venerationem* &c. Etiam hæc non incongrua correctio eſt.

§ 9

Nonnunquam etiam in ſacrilegos edunt aliquid ultionis, ut quiſquis viderit, timidior, ac religioſior fiat [a]. Sic fraudibus ſuis obduxerunt humano generi tenebras: ut oppreſſa veritate, ſummi, ac ſingularis Dei nomen in oblivionem veniret [b]. CAP.

---

a *Timidior, ac religioſior fiat*. Intellige ſecundum Ethnicorum theologiam, qua docebant, colenda eſſe quædam infeſta numina, ne nocerent. Vide dicta ad cap. XVI. Al. XV. ſeg. 1. & ſeq. Lib. II.

b *In oblivionem veniret*. Daviſ. *Lege*, inquit, *venerit ſenſu flagitante*, eumque ſequitur Anonymus Brit-

Brittannus ex iis, quæ Noſter habet Lib. II. c. XVII. ſeg. 20. Ego vero cum Heum., & Bunem. nihil mutandum cenſeo.

CAP. XXIX.

✠ I ✠

SEd dicit quiſpiam [a]: Cur ergo verus ille Deus patitur hæc fieri? An potius [b] malos vel ſummovet, vel extinguit? Cur vero Ipſe Dæmon-Archen [c] a principio fecit, ut eſſet, qui cuncta corrumperet, cuncta diſperderet?

a *Sed dicit quiſpiam*. Daviſ. *Lege*, ait, *dicat*; *vel dicet*: Et quidem Lactantius cap. XVIII. Al. XVII. ſeg. 1. inquit: *dicet aliquis*, ut notat Heum., ſed non inde correctio certa eſt.

b *An potius*. Pfaffius putat, particulam *An* heic idem valere ac: *cur non*. Sed caret expoſitio iſta antiquorum exemplis, & iccirco Daviſius mavult legendum eſſe: *ac non potius*. Heum. *Nec potius*. Bunem. *Nec* aut *quin*. Daviſii præfero conjecturam, quæ Ms. magis reſpondet.

c *Cur vero ipſe Dæmon-Archen*. Sic in Ms. & ſic ex Cod. Bon. edidimus L. II. cap. XV. ſeg. 6., & c. XVII. ſeg. 12. Item ex Daviſio, & Bunemanno Tò *ipſi* corrigendum eſt, & loco illius legendum *ipſe*, utpote qui author fuit, ut Adam peccaret, & quod peccatum ejus in univerſum genus homanum diffunderetur.

2

Dicam breviter, cur hunc talem eſſe voluerit. Quæro utrumne virtus bonum ſit, an malum? Negari non poteſt, quin bonum. Si bonum eſt virtus, malum eſt igitur e contrario vitium [a].

a *Malum eſt igitur e contrario vitium*. Non enim bono niſi malum contrarium eſſe poteſt.

3

Si vitium ex eo malum eſt, quia virtutem impugnat, & virtus ex eo bonum eſt [a], quia vitium affligit, ergo non poteſt virtus ſine vitio conſiſtere [b], & ſi vitium ſuſtuleris, virtutis merita tollentur [c]. Nec enim poteſt ulla

a *Et virtus ex eo bonum eſt* &c. Virtus etſi ex natura ſua ſemper bonum ſit, & naturam perficiens poſſidentis; quia tamen finis ipſius eſt attingere medium in propria materia, & recedere ab extremis, ideo bonum eo majus evadit, quo magis a ſuis contrariis elongatur, eiſdemque reſiſtit.

b *Ergo non poteſt virtus ſine vitio conſiſtere*. Non in eodem ſubjecto, a quo ſe excludunt; ſed circa eandem materiam, quæ eſt utrique communis.

c *Virtutis merita tollerentur*. In ordine videlicet ad præmium, quod certamini, & victoriæ reſpondet; non

ulla fieri ſine hoſte [d] victoria. Ita fit, ut bonum ſine malo eſſe non poſſit [e].

non autem, quod charitati, & excellentiæ debetur, ut in Chriſto Domino, ac in Virgine Deipara ſuo loco dicturi ſumus, accidiſſe quantum ad ea, in quibus ſine pugna meruerunt.

d *Sine hoſte*. Qui tamen eo perfectius vincitur, quo magis iners redditur ad confligendum.

e *Ut bonum ſine malo eſſe non poſſit*. Pro expoſitione eorum, quæ hactenus expendimus, vide dicta, & indicata ad Lib. II. cap. IX. a ſeg. *6.*, & ſeq.

4

Vidit hoc Cryſippus [a], vir acris ingenii [b], de providentia differens, eoſque ſtultitiæ

G 3

a *Vidit hoc Chryſippus*. De eodem Noſter locutus eſt Lib. I. cap. V. ſeg. 20. cap. VI. 9. L. *de Ira* cap. X. ſeg. *36*. Sed eam, quam heic refert illius ſententiam, nullibi attulerat.

b *Vir acris ingenii*. Seneca ejuſdem ſectæ philoſophus de eodem ait Lib. I. *de Benef.* cap. III. *Ingenii ejus, tamquam Græci, acumen nimis tenue, quod in ſe retunditur, & in ſe replicatur, quod etiam quum agere aliquid videtur pungit, non perforat*. Tantæ tamen apud alios fuit æſtimationis, ut apud Laertium L. VII. ſeg. 182. dictum legatur: *Ni Chryſippus fuiſſet, porticus non eſſet.* Immo Carneades ipſe quum contra eundem erat diſputaturus eileboro, teſte Laertio L. VIII. ſeg. 7., animum detergere conſueviſſet, faſſuſque aliquando eſt: *Niſi Chryſippus fuiſſet, non eſſem ego.*

titiæ redarguit, qui bonum quidem a Deo factum putant, malum autem negant. Hujus ſententiam interpretatus eſt Agellius [c] in libris noctium Atticarum, ſic dicens:

c *Interpretatus eſt Agellius*. Scilicet Aulus Gellius, quem plurimi *Agellium* vocandum eſſe diſputant apud Fabricium *Bibl. Lat.* Lib.III. cap. 1. controverſia plane puerili, de qua vide Mencken. *Declam. II. de Cherlatan. Erudítor.* Quæ ex eo heic a Noſtro recitantur, etſi acephala, extant Lib. VI. cap. 1. *Noctium Atticarum.*

5

Quibus non videtur mundus Dei, & hominum cauſſa inſtitutus, neque res humanæ providentia gubernari, gravi ſe argumento uti putant, quum ita dicunt: Si eſſet providentia, nulla eſſent mala. Nihil enim minus, ajunt, providentiæ congruere, quam in eo mundo, propter quem homines [a] feciſſe dicatur Deus [b], tantam vim eſſe ærumnarum, & malorum [c]. Ad

a *Propter quem homines*. Daviſius, & qui poſt eum hoc opus illuſtrarunt, jure legendum cenſent: *quem propter homines*. Nam ſic revera docebant Stoici, & ſic de eorundem doctrina loquitur Lactantius Lib. VII. cap. I. ſeq.

b *Dicatur Deus*. Secunda vox in Ms. non habetur.

c *Tantam vim eſſe ærumnarum, & malorum*. Vide Lib. VII. cap. IV. a ſeg. II. & Lib. *de Ira Dei* c. XIII., & XV.

6

Ad ea Chryſippus [a] *quum in libro* περὶ προνοίας [b] *quarto diſſereret : Nihil prorſus* , inquit , *iſtis inſulſius* [c] , *qui opinantur bona eſſe potuiſſe, ſi non eſſent ibidem mala* [d].

a *Ad ea Chryſippus* &c. Gellius ubi ſupra, antecedentibus deperditis, hæc ita recitat : *Homines feciſſe dicitur, tantam vim eſſe ærumnarum, & malorum. Adverſus ea Chryſippus* &c.

b Περὶ προνοίας. Hoc eſt : *de Providentia*.

c *Nihil prorſus*, inquit, *iſtis inſulſius*. &c. In Gellii vulgatis legitur : *Nihil eſt prorſus iſtis*, inquit, *inſipidius*.

d *Si non eſſent ibidem mala*. Sic in Ms. Taurienſi, & ſic Gronov. Gellii locum corrigendum putat. Al. utrobique legunt : *itidem mala*.

7

Nam quum bona malis contraria ſint, utraque neceſſe eſt oppoſita eſſe inter ſe, & quaſi mutuo, adverſoque fulta niſu conſiſtere [a]. *Nullum adeo contrarium* [b] *eſt ſine contrario altero*.

a *Mutuo, adverſoque fulta niſu conſiſtere*. En idea totius ſyſtematis Nevvtoniani.

b *Nullum a Deo contrarium*. Sic ex Ms. Pfaffius, Walchius Heum. Ex Gellii autem vulgatis Daviſ. & Bun. *Nullum adeo* &c. ut edidimus.

8

Quo enim pacto juſtitiæ ſenſus eſſe poſſet, niſi eſſent injuriæ? aut quid aliud juſtitia eſt, quam injuſtitiæ privatio? Quid item fortitudo ſit, non intelligi poteſt [a], *niſi ex ignaviæ adpoſitione* [b], *quid continentia, nonniſi ex intemperantia* [c]?

a *Quid item fortitudo ſit, non intelligi poteſt*. Verba illa intermedia *ſit, non*: in Ms. non extant.

b *Ex ignaviæ adpoſitione*. In Gellii vulgatis: *ex ignavia oppoſitione*.

c *Niſi ex intemperantia?* Sic in Ms. & ſic in vulgatis, ac Mss. Gellii libris. Pfaffius, & Heum. ediderunt *nonniſi* &c.

9

Quo item modo prudentia eſſet, niſi foret contraria [a] *imprudentia? Proinde, inquit, homines ſtulti cur non hoc etiam deſiderant, ut veritas ſit, & non ſit mendacium. Namque itidem* [b] *ſunt bona, & mala, feli-*

a *Niſi foret contraria* &c. Hæc eſt genuina Gelliana lectio, in Ms. Taurinenſi ſic depravata: *niſi forte*.

b *Namque itidem*. Sic pariter apud Gellium. In Ms. vero *Nam*, *quæ*, ut alibi idem Librarius ſcripſit.

felicitas; *& importunitas* [c], *voluptas*, *& dolor* [d]. *Alterum enim ex altero*, *ſicut Plato ait* [e], *verticibus inter ſe contrariis deligatum*, *ſi tuleris unum*, *abſtuleris utrumque* [f].

---

c *Felicitas*, *& importunitas*. In Gellianis Codicibus conſtanter legitur: *infortunitas*. Sed vox iſta caret exemplis, ac proinde potius cum Taurinenſi Codice legimus. Servatur autem optime antiteſis per Tò *importunitas*. Nam ex Iſid. L. x. *Originum*; *Importunus* proprie dicitur, qui Portu caret, & quiete, veluti feri maris fluctibus jactatus, & undis: cujuſmodi homines quum merito præ ceteris miſeri, & infelices habeantur, factum eſt, ut *importunitas*, pro *infortunio*, & pro *infelicitate* uſurparetur.

d *Voluptas*, *& dolor*: Horum verborum ordo apud Gellium inverſo ponitur modo.

e *Sicut Plató ait*: Videlicet in Phaedone.

f *Si tuleris unum, abſtuleris utrumque*: More relativorum. Apud Gellium varie legitur: *ſi tuleris*, Al. *ſi ſuſtuleris*. Quæ omnia ſi, ut par erat, juſta lance expenſa eſſent a Baelio, non utique inter Numinis hoſtes Chryſippum recenſuiſſet *dict.* Tom. II. art. *Chryſippe not. I.*, nec ſibi, Plutarchum tanta aſſeruiſſet fiducia, præiviſſe, ſi verba illius ſecundum ſtoicorum placita ingenue reddidiſſet, & ſenſa perperam non immutaſſet.

10

Vides ergo id, quod ſæpe dixi [a], bonum

num, & malum ita ſibi eſſe connexa, ut alterum ſine altero conſtare non poſſit.

a *Sæpe dixi*: Daviſius heic annotaverat: *Id non ſæpe; ſed ſemel dixit. Lege minima mutatione: quod ſupra dixi*. At in addendis *Fieri tamen poteſt*, inquit, *ut non id reſpexerit modo, quod in hac epitome poſuerat; ſed alios etiam libros a ſe ſcriptas in animo habuerit. At tum demum nihil mutandum. Vide de Ira Dei* cap. XIII. 13. ſeq. & cap. XV. 2. Ad intelligentiam autem eorum, quæ hactenus diſputata ſunt, confer dicta ad cap. XV. Lib. VI, & ad L. VII. cap. IV. & V. ubi fuſius hanc eandem doctrinam expoſuimus.

11

Summa igitur prudentia Deus materiam virtutis in malis poſuit [a]; quæ iccirco fecit, ut nobis conſtitueret agonem, in quo victores immortalitatis præmio coronaret.

a *Materiam virtutis in malis poſuit*. Pro malis heic intellige, ea omnia, quibus homo abuti poteſt, aut quacumque ratione vexari.

CAP. XXX.

1

Docui, ut opinor, cultus Deorum non modo impios, ſed etiam vanos eſſe, vel quod,

quod [a] homines fuerint, quorum memoriá poſt obitum conſecrata ſit, vel quod ſimulacra ipſa inſenſibilia, & ſurda [b] ſint ficta de terra, nec oportere hominem, qui debeat ſpectare cæleſtia, terrenis ſe ſubjugare [c], vel quod ſpiritus, qui eas religiones ſibi vindicant, inceſti, & impuri ſint, & ideo Dei ſententia [d] condemnati ceciderint in terram; nec fas eſſe in eorum ditionem venire, quibus potior ſis [e], ſi Deum verum ſequi velis.

Su-

---

a *Vel quod*: Ms. *vel quot*: Sic quoque in Cod. Bon.

b *Inſenſibilia, & ſurda*. Bunem. *Mallem*, inquit, *ut* cap. XXV. *inſenſibilia, & muta*, aut, inſenſibilia, & *bruta*. I. e. ut L. II. cap. XVII. ſeg. 8. &c. ſed nihil mutandum; nam qui a nativitate ſurdi ſunt, eos mutos eſſe, neceſſe eſt. Vide dicta ad Lib. *de Opif. Dei* cap. XI. ſeg. 13 (c).

c *Se ſubjugare*. Verbum hocce Noſter uſurpavit L. VII. cap. XV. ſeg. 13 & de M. P. cap. XVI. ſeg. 4. & cap. XXIII. ſeg. 5. Eodem Claudianus utitur VI. *Conſ. Honorii* a ℣. 249.

. . . . *Nulla eſt victoria major*,
Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.

Adde Vegetium *de Re Milit.* Lib. III. cap. X. &c. Heic a Noſtro per tranſlationem adhibetur.

d *Et ideo Dei ſententia*. Sic in Ms. & editis. Walch. *Deo*.

e *Quibus potior ſis*. Noſter Lib. II. cap. XVIII., & præſertim ſeg. 10. uberius hac de re locutus eſt.

2

Supereſt, ut, quoniam de falſa religione diximus, etiam de falſa ſapientia diſſeramus, quam Philoſophi profitentur, homines ſumma quidem doctrina,& eloquentia præditi, ſed longe a veritate ſummoti, quia nec Deum,nec ſapientiam Dei [a] cognoverunt.

a *Nec ſapientiam Dei*. Sic omnino legendum; ubi Ms. habet: *nec ſapientia*.

3

Qui licet ſint arguti, ac diſerti, tamen quia humana eſt horum ſapientia, etiam cum his [a] congredi non verebor; ut appareat a veritate mendacium, a cæleſtibus terrena facile poſſe ſuperari.

a *Etiam cum his*. Intellige cum magni nominis Philoſophis, qui in pretio ob ſapientiam fuiſſe dicuntur.

4

Quid ſit Philoſophia hoc modo definiunt: *Philoſophia eſt amor,vel ſtudium ſapientiæ* [a]. Non

a *Studium ſapientiæ*. Ms. *ſapientia*. Vide L.III. cap.II. ſeg. 3. & Ciceron. Lib.II. *Offic.* cap. II.

Non eſt ergo ipſa ſapientia[b], quia neceſſe eſt, aliud eſſe, quod amat[c], aliud, quod amatur. Si ſtudium eſt ſapientiæ, ne ſic quidem Philoſophia ſapientia eſt. Sapientia autem[d] res eſt ipſa, quæ quæritur, ſtudium vero, quod quærit.

---

b *Non eſt ergo ipſa ſapientia*. Heum., & Bunem., Anonymo Brittanno præeunte, aliquid hinc excidiſſe credunt, quod ſuadere videntur ea, quæ ſequuntur alterius partis verba; ſed etiam ſi nihil addas apte omnia fluunt, & ut conſequens a definitione deducitur, ſapientiam eſſe non poſſe id, quod eſt ſtudium ſolummodo, & amor illius.

c *Aliud eſſe, quod amat*. Ms. *aliut ... quot*: more antiquorum.

d *Sapientia autem*. Sic in Ms. Pfaffius edidit: *ſapientia enim*, quam correctionem approbant Daviſ. Heum., & Bunem.

§ 5

Ipſa igitur definitio, vel nominis ſignificatio, declarat, Philoſophiam non eſſe ipſam ſapientiam. Dicam, ne ſtudium quidem[a] eſſe ſapientiæ, quo ſapientia non compre-

---

a *Sapientiam. Dicam, ne ſtudium quidem*. Hanc interpunctionem partim Daviſio, partim Heum. & Bunem. deberemus, niſi ex Lib. III. cap. II. ſeg. 7. ſic legendum eſſe appareret.

prehenditur. Quis enim ſtudere dicatur ei rei, quam nullo modo poſſit attingere [b]?

---

b *Nullo modo poſſit attingere*: Sapientia enim, quatenus ad rem divinam ſeſe extendit, & arcana religionis complectitur, humanis viribus attingi, ſine divina revelatione, & auxilio, Pelagianum eſt aſſerere; nam ordinis ſuperioris eſt, eique ſoli reſervata, qui unice valet ſe ipſum perfecte comprehendere & pro libito ſe cum rationalibus creaturis communicare.

6

Qui medicinæ, aut grammaticæ, aut oratoriæ ſtudet, ſtudioſus ejus artis, quam diſcit, dici poteſt; ubi didicit, jam Medicus, jam Gramaticus, jam Orator dicitur. Sic oportuit & ſtudioſos ſapientiæ, poſtquam didiciſſent, ſapientes nominari [a].

---

a *Sapientes nominari*: Eo nimirum ſenſu, quo extra ſcholam Pythagoræ alii philoſophi cæteris hominibus anteſtare cenſebantur.

7

Quum autem ſtudioſi ſapientiæ, quamdiu vivant [a], vocentur, apparet illud ſtudium

---

a *Quamdiu vivant*. Heum. legit: *vivunt*.

dium non eſſe, quod ad ipſam rem [b], quæ ſtudio petitur, non poteſt perveniri, niſi forte qui ad finem uſque vitæ, ut ſapiant, ſtudent, apud inferos ſapientes erunt [c]. Omni autem ſtudio [d] ſubjacet finis. Non eſt igitur id ſtudium rectum, quod non habet finem.

b *Quod ad ipſam rem.* Anonym. Brittannus, & ex eo Bunem. legendum putat: *quo ad ipſam.* Sed male; nam Tò *quod* heic ſignificat *quia*, ut ex L. III. cap. 11. ſeg. 10. unde iſta deprompta ſunt, manifeſte apparet.

c *Apud inferos ſapientes erunt.* Scilicet, poſt mortem; videtur enim reſpicere ad *Mortuorum* Luciani Dialogos, & ad primum præſertim, in quo Diogenes Pollucem mittit ad Menippum, & Philoſophos, ſuo nomine docendos. Adde annotata a nobis ad Lib. II. cap. XVI. ſeg. 7. (b).

d *Omni autem ſtudio.* Sic optime reſtitutum eſt pro *omnia autem*, quod in Ms. habetur; etſi Daviſius in addendis malit: *omni enim.*

CAP. XXXI.

§ I §

PRæterea duo ſunt, quæ cadere in Philoſophiam videntur; ſcientia, & opinatio [a], quæ ſi auferantur, tota Philoſophia corruit. Atqui

a *Scientia, & opinatio.* Sic L. III. c. 111. ſeg. 1.

Atqui utrumque[b] Philoſophiæ ipſi Philoſophorum principes ademerunt.

b *Atqui utrumque*. Ms. *Ad quin*. Sic aliquando in Cod. Bonon.

2

Scientiam Socrates[a], opinationem ſuſtulit Zeno[b]. Videamus an recte[c]. Sapientia eſt, ut Cicero definivit[d], *divinarum, & humanarum rerum ſcientia*: Quæ definitio ſi vera eſt, non cadit in hominem ſapientia.

a *Scientiam Socrates*. Vide ubi ſupra ſeg. 7. & infra cap. XLI. ſeg. 5.

b *Opinationem ſuſtulit Zeno*. Vide ubi ſupra cap. IV. ſeg. 1.

c *Videamus an recte*. *ſapientia eſt* &c. Hanc interpunctionem debemus Heummano, & Bunemanno; quam Daviſius, & alii quum neglexiſſent, etiam lectionem vexandam cenſuerunt, & ablato puncto, legebant: *an recte ſapientia ſit*. Sed in addendis idem Daviſius nobiſcum voluit eſſe legendum.

d *Ut Cicero definivit*. Vide Lib. III. cap. XIII. ſeg. 10. & infra cap. XXXIV. ſeg. 6. hujuſce epitomes.

3

Quis enim mortalium[a] hoc ſibi poſſit aſſu-

a *Quis enim mortalium* &c. Hac de re Noſter ſcite legit L. I. cap. 1. a ſeg. 5.

aſſumere, ut divina,& humana ſcire ſe profiteatur? Humana omitto, quæ quanquam cum divinis connexa ſunt; tamen quia ſunt hominis, concedamus, ut homo illa ſcire poſſit.

4

Divina certe per ſe ſcire non poteſt, quia homo eſt: qui autem ſcit illa, divinus ſit, neceſſe eſt [a], ac propterea Deus. Homo autem nec divinus, nec Deus eſt.

---

a *Divinus ſit, neceſſe eſt.* I. E. divinitatem,& ſcientiam habeat rerum omnium; eodem ſenſu, quo hanc vocem expoſuimus ad Lib. I. cap. XI. ſeg. 10. (b).

5

Non poteſt igitur per ſe ſcire[a] homo divina. Nemo ergo ſapiens, niſi Deus, aut certe is homo [b], quem Deus docuit. Illi autem, quia nec dii ſunt, nec a Deo docti, ſapientes ergo,

---

a *Non poteſt igitur per ſe ſcire.* Daviſius, & alii poſt ipſum optime reſtituerunt: *per ſe ſcire*, ut paullo ſupra etiam legitur.

b *Aut certe is homo*. Ms. *his homo*. Sic ſæpe in Cod. Bon. Quantum autem ad ſententiam expreſſe habetur in Pſal. XCIII. ℣. 12. *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua docueris eum.*

id eſt, divinarum, & humanarum rerum ſcientes eſſe, non poſſunt. Recte igitur a Socrate, atque Academicis [c] ſcientia ſublata eſt [d]. Opinatio quoque non congruit ſapienti. Id enim quiſque opinatur, quod ignorat.

b *A Socrate, atque Academicis.* Socrates enim veluti Academicorum protoparens fuit, utpote qui *animadvertens*, ut inquit Laertius Lib. II. ſeg. 20. *naturalem ſpeculationem ad nos non admodum pertinere, de morali diſciplina philoſophari incœpit*, & magiſter Platonis fuit, a quo Academicorum ſectæ prodierunt; etenim is quum Athenas veniſſet *in ambulacris Academi umbroſis Dei* morari, ac docere conſuevit. Vide Laert. Lib. III. ſeg. 7. & Noſtrum L. III. cap. VI. 5.

c *Scientia ſublata eſt.* Nam Cicerone teſte de Socrate loquente habetur: *Hic in omnibus fere ſermonibus, qui ab iis, qui illum audierunt, perſcripti varie, & copioſe ſuat, ita diſputat, ut nihil affirmet ipſe, refellat alios, nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum: eoque præſtare cæteris, quod illi, quæ neſciant, ſcire ſe putarent; ipſe ſe nihil ſcire, id unum ſciat.*

6

Opinari autem ſcire te, quod ignoras [a], teme-

a *Opinari autem ſcire te, quod ignoras.* Opinio enim ea reſpicit, quæ certa non ſunt, ac circa illa verſatur, de quorum veritate, etſi aliquibus videatur, non tamen conſtat;

temeritas, ac ſtultitia eſt. Recte igitur opinatio a Zenone ſublata eſt [b]. Si ergo ſcientia in homine nulla eſt, & opinatio eſſe non debet, Philoſophia radicitus amputatur.

ſtat; Unde Cicero Lib. I. *de Natura Deor.* 84. *Eſſe Deos, perſuaderi mihi non opinione ſolum; ſed etiam ad veritatem plane velim.* Quaſi *veritas, & opinio* eſſent contraria, quum potius cognitio veritatis contra opinionem repugnet.

b *Opinatio a Zenone ſublata eſt.* Vide Lib. III. cap. III. a ſeg. 8. ſeq. uſque ad 1. cap. IV. & Adde Cicer. Lib. I. *quæſt. Accad.* cap. XI.

C A P. XXXII.

I

HUc accedit, quod non eſt uniformis, ſed diviſa in ſectas [a], & in multas diſ-

H 2 cre-

---

a *Sed diviſa in ſectas.* En argumentum ad veritatem detegendam in negocio religionis ineluctabile, pro iis, qui veram illam inquirunt, quæ unice ſalutem æternam parit. Illa enim vera religio eſſe debet, in qua circa ea, quæ ad Dei cultum pertinent, ſectæ hominum non ſunt, a quibus dogmatum ſciſſio fiat. Extra Catholicam, Apoſtolicam Romanam Eccleſiam, fruſtra eam quæres, ut ex collectionibus divinorum Canonum ab iis, qui ex ea diſceſſerunt, typis jam ſæpe

crepanteſque ſententias diſſipata ſtatum non habet. Quum enim ſingulæ alias omnes impugnent [b], & affligant, ne ſit aliqua ex iis, quæ non judicio cæterarum, ſtultitiæ condemnetur [c], utique diſcordantibus membris, corpus omne Philoſophiæ ad interitum deducitur.

---

pe editis, apparet. Nec eis fidas, qui in Catholicos hanc regerunt criminationem, illos de Scholarum opinationibus diſputantes, tamquam in materia fidei diſcordes, perperam & per calumniam, & malam fidem traducendo; ſed Jeſu Chriſti Evangelia, Apoſtolorum traditiones, Conciliorum canones, Patrum expoſitiones conferas cum iis, quæ in Concilio Tirdentino adverſus poſtremos Hæreticorum errores definita ſunt, & inconcuſſa eadem dogmata, non in urbe tantum, non in aliqua provincia, non in angulis quibuſdam, ut de ſectis omnibus dici poteſt; ſed in univerſo terrarum orbe a ſingulis Catholicorum cœtibus, ubique jamdiu conſtituta, doceri, credi, prædicari, ac profiteri, unanimi conſentione deprehendes,

b *Alias omnes impugnent*. Ms. *inpugnet*.

c *Stultitiæ condemnetur*. Vide Lib. III. cap. IV. ſeg. 5. & 10.

2

Hinc Academia poſtmodum nata eſt [a]. Nam quum viderent ejus ſectæ principes omnem Philoſophiam, Philoſophis invicem oppu-

pugnantibus [b] eſſe ſubverſam, ſuſceperunt [c] adverſus omnes bellum, ut omnia omnium diſſolverent, nihil ipſi aſſerentes, niſi unum, nihil ſciri poſſe. Ita ſublata ſcientia, Philoſophiam veterem ſubruerunt.

---

a *Hinc Academia poſtmodum nata eſt*. Non ſolum eam intellige, quam Platonem diximus habuiſſe authorem; ſed ſecundam potiſſimum, ſeu quam dicunt mediam, cujus author fuit Arceſilas, de quo cum Noſtro egimus ubi ſupra ſeg. 11. ſeq. ubi etiam de nova, ac poſterioribus hujus ſectæ propaginibus quædam annotovimus, fuſius declaranda Diſſ. XL. cap. XII. §. IV. ſeq.

b *Philoſophis invicem oppugnantibus*. Daviſ., & Buneman. mallent: *ſe invicem*.

c *Suſceperunt*. Ms. *ſubreperunt*.

3

Sed ne ipſi quidem [a] Philoſophorum nomen retinuerunt, qui ignorantiam fatebantur, quia neſcire omnia non modo Philoſophi, ſed ne [b] hominis quidem ſit.

---

a *Sed ne ipſi quidem* &c. Heum. heic ait: *legendum puto*; *Sed ne ipſum quidem*, ſcilicet *nomen*: At merito a Bunem. rejicitur, quum L. III. cap. v. ſeg. 5. de Arceſila dixerit: *ipſe quoque nomen philoſophi perdidit, quia doctrina ejus eſt: nihil ſcire*.

b *Non modo philoſophi, ſed ne* &c. Dictio iſta ele-

elegans eſt, Cæſari, Ciceroni, Livio, & Nepoti uſitata, ut ex Mureti *Variar. Lect.* Lib. X. cap. VII. apparet; ſubaudiri autem debet alia particula negativa, ut ſenſus ſit; *non modo philoſophi non ſit*; *ſed ne* &c.

§ 4 §

Ita Philoſophi, quia nihil munimenti [a] habent, mutuis ſe vulneribus extinguant, & ipſa tota Philoſophia ſuis ſe armis conſumat, ac finiat [b].

a *Quia nihil munimenti*. Sic recte Pfaffius, ubi Ms. legit: *nihil monimenti*.

b *Conſumat, ac finiat*. Anonym. Brittannus ex Lib. III. cap. IV. ſeg. 10. conſentiente Heum. legendum cenſet: *exſtinguunt...... conſumit, ac conficit.* Bunem. excediſſe putat: *neceſſe eſt*, aut corrigendum: ut ſupra, ultima voce excepta, pro qua reſcribit: *finit*.

§ 5 §

At enim ſola Phyſica labat [a]. Quid illa moralis? Num aliqua firmitate ſubnixa eſt? Videamus an Philoſophi in hac ſaltem parte conſentiant, quæ ad vitæ ſtatum pertinet.

CAP.

a *At enim ſola phyſica labat.* Daviſ. Walch. Heum. & Bunem. *ſola phyſice*. Langletius, *ſola phyſica*, quæ eſt

eſt vera Mss. lectio, quam & linguæ ratio poſtulat, & Noſter habet L. III. Cap. VII. Seg. 1., & alibi cum Cicerone *in Philoſophicis*.

C A P. XXXIII.

1

QUod ſit in vita ſummum bonum [a] quæri neceſſe eſt, ut ad illud vita omnis, & actiones noſtræ dirigantur [b]. Quum de hominis ſummo bono queritur, tale conſtitui debet, primum, ut id ad hominem ſolum pertineat, deinde, ut animi ſit proprium, poſtremo ut virtute quæratur [c].

---

a *In vita ſummum bonum*. Animadverte de ſummo bono heic ſermo fieri per reſpectum ad præſentem vitam, quæ quum ad aliam, & quidem æternam ordinata ſit, etiam bonum iſtud ad illam ordinatum eſſe debet. Vide Cicer. *de Finibus*. Tuſc. IV. Acad. V. Clem. Alexand. II. *Strom.* Auguſt. XIX. cap. I. *de Civ. Dei*.

b *Dirigantur*. Ms. de more: *derigantur*.

c *Ut virtute quæratur*. Ms. *virtutem*. Vide L. III. cap. IX. ſeg. I.

2

Videamus ergo, an ſummum bonum, quod Philoſophi determinant, tale ſit, ut

nec mutum animal, nec corpus attingat[a], nec poſſit ſine virtute conquiri.

a *Attingat*. Phraſis eſt Ciceroniana, ut ſcite notavit Bunem.

3

Ariſtippus, Cyrenaicæ ſectæ conditor[a], qui ſummum bonum eſſe cenſuit corporis voluptatem, de numero philoſophorum, deque cœtu hominum propellendus eſt, quia ſe pecudi comparavit[b].

a *Ariſtippus, Cyrenaicæ ſectæ conditor*. Vide annotata ad cap. VII. ſeg. 7. Lib. III. Ms. *Cyrinaicæ*.
b *Quia ſe pecudi comparavit*. Sic, ſed phraſi diverſa Lib. III. cap. VIII. a ſeg. 6.

4

Hieronymi ſummum bonum eſt, nihil dolere[a], Diodori, dolere deſinere[b]. Sed cæte-

a *Hieronymi .... nihil dolere*. Noſter ubi ſupra cap. VII. ſeg. 7. ait: *Hieronymus in non dolendo*. Cic. Lib. II. *de Finib. Hieronymus*, inquit, *Rhodius quod dicat eſſe ſummum bonum, quo putet omnia referri oportere? Teneo*, inquit, *illi videri: nihil dolere*.
b *Diodori, dolere deſinere*. Ms. *dolore deſinere*. Notat heic Daviſius, Lactantium integram Diodori

teræ animantes [c] dolorem fugiunt, & quum non dolent, aut dolere deſinunt, gaudent. Quid igitur homini dabitur eximium [d], ſi bonum ejus ſummum commune cum belluis judicatur.

---

non enarraſſe ſententiam, quum is, *indolentiam* honeſtate conjunxerit, quod verum eſt, ut innuimus Lib. III. cap. VII. ſeg. 7. (d) ſed vide mox dicenda.

c *Sed cæteræ animantes*. Heum. *ſed & cæteræ*.

d *Eximium*. I.E. *præcipuum, egregium, excellens.*

5

Zeno [a] ſummum bonum putavit, cum natura congruenter vivere. At hæc definitio [b] generalis eſt. Omnes enim animantes cum natura congruenter vivunt, & eſt ſua cuique natura.

Epicu.

---

a *Zeno* &c. Vide ibidem ſeg. 8. ubi nota, etiam Zenonem putaſſe, ſummum bonum eſſe, *honeſtum quod ducatur a conciliatione naturæ*, quod tamen ſatis ambiguum videtur; nam honeſtas non in eo ſita eſt, quod naturam conciliat; ſed in eo, quod eſt rationi rectæ conſentaneum; & iccirco Lactantius, qui Ciceroni in hac cognitione præſtabat, addere noluit id, quod voce tantum, non autem re, cum fine iſtorum congrueret. Vide infra ſeg. 7. (b).

b *At hæc definitio*. Ms. *ad hac* &c.

6

Epicurus[a] animi aſſeruit voluptatem. Quid eſt voluptas animi, niſi gaudium[b], quo plerumque luxuriat animus, ac relaxatur vel ad luſum[c], vel ad riſum. Sed hoc bonum etiam muta contingit, quæ quum pabulis ſaturata ſunt, in gaudium, & laſciviam reſolvuntur.

a *Epicurus*. De iſtius philoſophi circa ſummum hominis bonum ſententia vide dicta ad L. III. c. VII. ſeg. 7. (a) & adde Ciceron. *Lib. III. Tuſcul. Queſt.* ubi ait: *Ego tamen meminero, quod videatur ei ſummum bonum; non enim verbo ſolum poſuit voluptatem; ſed explanavit quid diceret. Saporem*, inquit, *& corporum complexum, & laudes, atque cantus, & formas eas, quibus oculi jucunde moventur. Num fingo? num mentior? cupio refelli. Quid enim laboro niſi ut veritas in omni quæſtione explicetur*; & hinc noſce quam appoſite Lactantius proſequatur.

b *Niſi gaudium*. Ms. *ſi gaudium*.

c *Ac relaxatur vel ad luſum*. Egregie Cicero Epicuræos compellat Lib. I. *de Nat. Deor.* cap. IV. *Nullam noviſtis, niſi profectam a corpore, & redeuntem ad corpus animi voluptatem*.

7

Dinomachus, & Calliphon[a] honeſtam volu-

a *Dinomachus, & Callipho*. Ms. *Callifo*. De his vide dicta ad L. III. cap. VII. ſeg. 7. (c).

luptatem probaverunt;ſed aut idem dixerunt, quod Epicurus [b], ut corporis ſit voluptas inhoneſta; at ſi corporis voluptates, alias turpes, alias honeſtas putaverunt, jam non eſt ſummum bonum, quod corpori adſcribitur.

b *Sed aut idem dixerunt, quod Epicurus* &c. Vide annotata ad cap. VIII. Lib. III. ſeg. 15. quæ cum iis conferenda ſunt, quibus ſeg. 5. ſuperius illuſtravimus.

8

Peripatetici [a] ex bonis animi,&corporis, & fortunæ ſummum bonum conſlant. Animi bona probari poſſunt; ſed ſi auxilio indigent ad complendam beatitudinem, utique imbecilla ſunt. Corporis vero,atque fortunæ non ſunt in hominis poteſtate [b], nec jam ſummum bonum eſt, quod aut corpori, aut extra poſitis aſſignatur; quia & pecudes attingit hoc duplex bonum, quibus opus eſt, ut bene valeant, & victu non indigeant.

Stoi-

a *Peripatetici* &c. Eorundem ſententiam cum Noſtro expendimus Lib.III. cap.VII. ſeg.7., & c.VIII. ſeg. 16. & heic ſeg. 9. (a).

b *Corporis vero, atque fortunæ non ſunt in hominis poteſtate*. Sic bene. Pfaffius legit: Ms. *poteſtatem*. Heum. *fortunæ bona*. At hæc additio neceſſaria

ſaria non eſt, quoniam facile ſubauditur; neque Pfaffiana correctio certa; nam utroque modo latine dicitur tam *in poteſtatem*, *quam in poteſtate eſſe* alicujus, ut bene heic notant Daviſius, & Bunemannus, Ciceronis, Livii &c. adductis exemplis.

9

Stoici [a] aliquanto melius ſenſiſſe creduntur, qui ſummum bonum virtutem eſſe dixerunt. Sed virtus non poteſt eſſe ſummum bonum, quoniam, ſi malorum, laborumque tolerantia eſt, bona per ſe non eſt; ſed efficere, aut procreare [b] ſummum bonum debet;

a *Stoici* &c. Non omnes, ſed quidam, ut Noſter ait Lib.III. cap. VII. ſeg. 8., quorum ſententiam a Cicerone propugnatam Lactantius refellit cap. VIII. a ſeg.32.ejuſdem Lib.III.Cicero L.II. *de Finibus* c.XI: de iiſdem ait: *Finis bonorum Stoicis conſentire naturæ, quod eſſe volunt e virtute, id eſt, honeſte vivere: quod ita interpretantur: vivere cum intelligentia earum rerum, quæ natura evenirent, eligente ea, quæ eſſent ſecundum naturam, rejicienteque contraria.* Quamquam idem Lib.I. ejuſdem operis de iiſdem dicit: *Illi enim negant, bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam umbram, quod appellant honeſtum, non tam ſolido, quam ſplendido nomine.* Quibus eo magis ea declarantur, quæ ſuperius ſeg. 5. diximus.

bet; quia perveniri ad illud ſine difficultate, ac labore maximo non poteſt.

---

b *Sed efficere, aut procreare*. Daviſius: *Potius*, inquit, *legerem*: *& procreare*; & ſic etiam Anonym. Brittannus, Heum., & Langletius; etſi aliqui pro *&*, congruentius legant: *At*. Vide Lib. III. c. VIII. ſeg. 32.

10

At vero Ariſtoteles[a] longe a ratione aberravit, qui honeſtatem virtuti copulavit, quaſi aliquando virtus, aut ab honeſtate ſecerni, aut turpitudini poſſet adjungi[b].

---

a *At vero Ariſtoteles*: Ms. *Ad vero*. De hac opinione Ariſtotelis vide ubi ſupra cap. VI. ſeg. 8. & cap. VIII. ſeg. 39.
b *Poſſet adjungi*: Heum. *Lege* ait: *poſſit*, quam lectionem ſic reſtituendam eſſe putat Bun. ex *dictis* a Noſtro loco mox laudato.

11

Eryllus Pyrrhonius[a] ſcientiam fecit ſummum

---

a *Eryllus Pyrrhonius*. Ms. *Eryllus* ſine aſpiratione, quam Daviſius, & alii reſtituerunt. De eodem Lactantius egit, & nos cum ipſo Lib. III. cap. VII. ſeg. 8.

mum bonum. Hæc quidem & hominis, & animi ſolius eſt; ſed poteſt ſine virtute contingere. Nec enim beatus putandus eſt, qui vel auditu aliquid didicerit, vel parva lectione [b] cognoverit: nec eſt ſummi boni definitio, quia poteſt eſſe aut rerum malarum, aut certe inutilum ſcientia.

Et

ſeg. 8. Quare autem heic Pyrrhonius dicatur, nullus me docuit; neque ex eo ſatis conjici poſſe videtur, quod a Zenonis præceptoris ſui placitis aliquando diſceſſerit, quoniam non ſolum Pyrrhonem non eſt ſecutus; ſed potius adverſus eundem ſtatuit pro ſummo bono ſcientiam, quam difinivit: eſſe habitum ex viſorum, quæ ſub rationem cadunt, perceptione, ac præterea non, ut Cicero paſſim ejus ſententiam interpretatus eſt Lib. II. *de Finib.* atque in Tuſcul. Lib. IV., & V. in nuda ſcientia finis ultimi rationem poſuit; ſed potius, ut Laertius tradidit L. VII. ſeg. 165. ſeq. in ea, quatenus norma eſſe poteſt, ad quam vitam ſuam quiſque debeat inſtituere. Adde Suidam, & Clem. Alexand. &c.

b *Vel parva lectione*. Daviſ. legendum putat: *priva lectione*: quod recipit Anonym. Brittan., non autem Heum., qui potius reſcribendum cenſet: *prævia*, vel *propria*, nec Bunem. qui mallet *parum*, aut *plura*. Equidem nihil mutandum cenſeo; nam *parva lectio* heic indicat illam, quæ laborem non affert, ſed potius animum recreat, & per otium fit a ſciolis pleriſque, qui tædium ipſius tollerare nequeunt, & quum aliquid etiam ſine magiſtro didicerint, jam ſe putant:

Eſſe quod Archeſilas, ærumnoſique Solones.
Obſtipo capite, & figentes lumine terram.
Quod mox ex ſequentibus confirmatur.

12

Et ſi ſit bonarum[a], & utilium, quam labore ſis aſſecutus, ſummum tamen bonum non eſt, quia non propter ſe expetitur ſcientia, ſed propter aliud. Nam iccirco artes diſcuntur, ut ſint nobis aut victui, aut gloriæ, aut etiam voluptati, quæ utique ſumma bona[b] eſſe non poſſunt.

a *Et ſi ſit bonarum ..... quam labore ſis aſſecutus.* Animum adverte, quam bene iſta ſuperioribus reſpondeant, quæ ſcientiam labore partam, cum ea, quæ ſine faſtidio acquiritur, contraponunt.

b *Quæ utique ſumma bona.* Ms. *utiquæ*. Vide dicta ad Lib. III. cap. VIII. ſeg. 26. quæ ex heic recitatis lucem recipiunt.

13

Ergo ne in Ethica quidem Philoſophi regulam tenent, quandoquidem in ipſo cardine, id eſt, in ea diſputatione, qua vita formatur, inter ſe pugnant. Nec

a *Ergo ne in Ethica.* Ms. *Hetica* ſicuti etiam infra ſcriptum eſſe videbimus.

14

Nec enim poſſunt paria eſſe aut, ſimilia præcepta, quum alii forment ad voluptatem [a], alii ad honeſtatem, alii vero ad naturam, alii ad ſcientiam, alii ad quærendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patientiam malorum, in quibus omnibus, ſicut ſuperius oſtendi, a ratione declinant, quia Deum neſciunt.

a *Quum alii forment ad voluptatem* &c. Attende ad hujuſce periodi elegantium, ac vim argumentationis, veluti in nodo, aptiſſime congeſtam.

C A P. XXXIV.

1

Videamus nunc, quid ſit ſummum bonum [a], quod ſit propoſitum ſapienti. Ad juſtitiam naſci homines non modo litteræ ſacræ docent, verum etiam idem ipſi Philoſophi nonnumquam fatentur.

Ci-

a *Quid ſit ſummum bonum* &c. in Ms. legitur: *videamus nunc, quod, quid ſit ſummum bonum ſit propoſi-*

tum ſapienti ſummum bonum. Ubi Daviſius *Non opus eſt*, inquit, *ut Lynceus ſit, qui videat, ſummum bonum, vel poſteriore loco poſitum, prorſus abundare. Legendum igitur: Quid ſit ſummum bonum, quod ſit propoſitum ſapienti*, quam lectionem probant, & retinent Heum., & Langletius. Bunem. vero cum Pfaffio delent quidem duo poſteriora verba; non tamen Tò *quod* loco movent. Sed lectio utraque incomoda eſt, niſi deleas etiam Tò *quod ſit*, & reſcribas: *videamus nunc, quid ſit ſummum bonum Sapienti propoſitum*.

2

Cicero ſic ait [a]: *Sed omnium, quæ in doctorum hominum diſputatione verſantur, nihil eſt profecto præſtabilius, quam plane intelligi* [b], *nos ad juſtitiam eſſe natos*. Eſt hoc veriſſimum. Nec enim ad ſcelus naſcimur, quum ſimus animal ſociale, atque commune [c]. Feræ ad ſævitiam gignuntur.

Epit. I Aliter

a *Cicero ſic ait*. Nempe Lib. I. *de Legib. cap.* x.

b *Quam plane intelligi*. Ms. *intellegi*: ut ſemper legitur in Cod. Bon. verbum iſtud.

c *Sociale, atque commune*. Scilicet *come*, *ac mutuis* officiis præſtandis deſtinatum, ut expoſuit Daviſius, & Bunem. Lib. V. cap. xxxiii. ſeg. 9. Eandem vocem explicavimus pro eo quod eſt *æqualem ſe* unicuique prebere in iis, quæ inter homines communia eſſe debent, nec aliquid ſibi ſoli cum alterius injuria, aut diſpendio arrogare.

3

Aliter enim nequeunt quam præda, & ſanguine victitare. Eædem tamen [a], etſi ultima fames [b] urgeat [c], nihilominus generis ſui animalibus parcunt [d].

a *Eædem tamen*. Ms. *eandem*. Pfaffius, Daviſius, & Langletius *eaſdem*. Nos vero legimus cum Anonym. Britanno, Heum., & Bunem.

b *Vltima fames*. I. E. *extrema*. Sicuti expoſuimus L. V. cap. XI. ſeg. 15.

c *Vrgeat*. Ms. *urgueat*.

d *Nihilominus generis ſui animalibus parcunt*. Genus heic pro ſpecie uſurpatur, & ut in pluribus intelligendum eſt; nam exempla non deſunt quorundam brutorum animantium, quæ ſe invicem lacerant, ac devorant. Vide Ælian. *de Nat. Anim.* Lib. VII. cap. XIX., & ſeq. & *Var. Hiſt.* Lib. I. cap. I. ubi Kunius affert Catonis, & Heſiodi verſus, iis, quæ heic a Noſtro dicuntur, contraria docentes.

4

Idem faciunt & aves, quas aliorum viſceribus paſci neceſſe eſt. Quanto magis hominem, qui cum homine & commercio linguæ, & communione ſenſus [a] copulatus eſt, parcere homini oportet, eumque diligere?

Hæc

a *Communione ſenſus*. Scilicet cognitionis intellectualis, & rationalis intelligentiæ. *V. Opif. Dei* III. c. II. ſ. I.

5

Hæc eſt enim juſtitia. Sed quoniam ſoli homini ſapientia data eſt, ut Deum intelligat, & hæc ſola hominis [a], mutorumque diſtantia eſt, duobus officiis obſtricta eſt ipſa juſtitia. Unum Deo debet, ut patri, alterum homini velut fratri. Ab eodem enim Deo geniti ſumus.

---

a *Et hæc ſola hominis* &c. Hinc explanari debent ea, quæ a Noſtro dicuntur L.II. cap. III. ſeg. 14. & *de Ira Dei* cap. VII. ſeg. 6. & 14. Nam divinarum rerum cognitio, & religio ſic animæ rationalis propria eſt, ut nec ab ea poſſit omnino auferri, neque cum irrationabilibus communicari.

6

Merito ergo recte dictum eſt: *ſapientiam eſſe* [a] *divinarum, & humanarum rerum*

I 2 *ſcien-*

---

a *Sapientiam eſſe* &c. Ms. *Sapientia*. Pfaffius inconſtantiæ Lactantium poſtulat §. XXIV. *præviæ Differ.* ad hunc librum, quaſi Noſter heic approbet definitionem Sapientiæ, quam reprobaverat paullo ſupra cap. XXXI. ſeg. 2. Fallitur tamen; nam ibidem non definitionem repudiat Lactantius; ſed modum ſapientiæ acquirendæ per proprias hominis vires, & iccirco ait: *quæ definitio, ſi vera eſt, non cadit in hominem ſapientia* ατπο-

ſcientiam. Oportet enim ſcire nos quid Deo, quid homini debeamus; Deo ſcilicet religionem, homini charitatem [b]. Sed illud ſuperius ſapientiæ, hoc poſterius virtutis eſt, & utrumque [b] juſtitia comprehendit.

---

utpote quæ, quatenus divina complectitur myſteria, nequit homini participari, niſi Deus ipſe ſuæ divinitatis arcana revelaverit. Heic vero, divina revelatione præſumpta, definitionem illam approbat, & quid inde deducendum ſit elegantiſſime, & appoſite concludit. Adde annotata ad cap. III. Lib. II. ſeg. 2. & Daviſii, atque Bunemanni animadverſiones.

b *Homini charitatem*. Sic in Ms. cum aſpiratione, quam ſine ratione auferunt quidam numorum, atque lapidum quorundam fallaci ſcriptione decepti.

c *Et utrumque*. Heum. *at utrumque*. Vide Lib. V. cap. XXIII. ſeg. 10.

7

Si ergo conſtat ad juſtitiam naſci hominem, neceſſe eſt, juſtum malis eſſe ſubjectum, ut virtutem, qua eſt præditus, in uſu habeat. Virtus enim malorum ſuſtinentia eſt [a].

Vo-

---

a *Suſtinentia eſt*. De hac voce, & ſimilibus vide annotata ad Lib. III. cap. XI. ſeg. 9. (b).

8

Voluptates fugiet, ut malum; opes contemnet, quia fragiles ſunt; & ſi habuerit, dilargietur[a], ut miſeros ſervet; honores non appetet, quia ſunt breves, & caduci; injuriam nulli faciet; ſi fuerit paſſus, non retribuet: diripientem ſua non perſequetur.

a *Et ſi habuerit.* Sic in Ms. Pfaffius, & primum: *At.* ſecundis curis cum aliis: *& ſi habuerit.* Daviſius a Bunemanno laudatus, utramque particulam abeſſe mallet; quoniam putat abeſſe a Ms. quod falſum eſt.

9

Nefas enim judicabit hominem lædere, & ſi quis extiterit, qui cogat deſciſcere a Deo, nec cruciatus, nec mortem recuſabit. Ita fiet, ut eum neceſſe ſit & inopem, & humilem, & in contumeliis, aut etiam cruciatibus vivere.

a *Nefas eſſe judicabit.* Sic Pfaffius. Ms. *judicavit* more ſolito *V* pro *b* uſurpando.

CAP. XXXV.

1

QUis igitur erit fructus juſtitiæ, atque virtutis, ſi nihil habebit in vita niſi malum? Quod ſi virtus, quæ bona omnia terrena contemnit, mala univerſa ſa-

pientiſſime perfert[a], ipſamque mortem pro officio ſuſcipit, ſine præmio eſſe non poteſt, quid ſupereſt, niſi ut merces ejus[b] immortalitas ſola ſit?

---

a *Sapientiſſime perfert.* Daviſius: Lego inquit: *patientiſſime.* At Bunem., & alii lectionem melius ſervant, quæ & latina eſt, & Lactantio digna, utpote quam Cicero adhibuit, & Livius.

b *Niſi ut merces ejus.* Τὸ *ut* in Ms. non legitur; ſed Daviſius in addendis, Heum., & Bunem. heic apponendum eſſe cenſuerunt; etſi, meo quidem judicio, poſſit abeſſe.

2

Nam, ſi cadit in hominem[a] beata vita, ut philoſophi volunt, in eo ſolo non diſſidentes; cadit ergo & immortalitas. Id enim ſolum beatum eſt, quod incorruptum, id ſolum incorruptum, quod æternum.

---

a *Si cadit in hominem.* Ms. ſic *ait in homine.* Optima eſt Pfaffii correctio ex Lib. III. cap. XII. ſeg. 17. huic parallelo.

3

Immortalitas ergo eſt ſummum bonum, quia & hominis, & animi, & virtutis eſt[a] tantum. Ad hanc dirigimur, ad hanc capiendam nati ſumus. Iccir-

a *Et virtutis eſt tantum. Ad hanc* &c. Sic cum Daviſio interpungendum exiſtimo ex dictis cap. XXXIII. ſeg. I. Non autem ut alii habent: *& virtutis. Tantum ad hanc* &c.

4

Iccirco nobis Deus virtutem, juſtitiamque proponit, ut æternum illud præmium [a] noſtris laboribus aſſequamur.

a *Æternum illud præmium*. De quo Lib. VII. Noſter agit ex præparato. Al. *ipſum*.

5

De ipſa vero non mortalitate [a] ſuo loco diſſeremus. Reſtat λογικὴ philoſophia, quæ ad beatam vitam [b] nihil conferet. Sapientia enim non in ſermonis ornatu [c], ſed in corde, atque ſenſu conſiſtit [d].

a *De ipſa vero non mortalitate*. Sic in Ms. at Heum. *de ipſa vero immortalitate*: addens: *Abſurda vero ſcriptura*; *ſed facile corrigenda*. Quam tamen Daviſ. & Bunemannus tuentur duplici exemplo Ciceronis adducto ex Lib. IV. *Famil.* Epiſt. XII., ubi non jucundiſſimum, pro *injucundiſſimo*, & ex Lib. I. *Acad. Qu.* cap. XI. ubi *non corpus* dixit pro *incorporeo*.

b *Quæ ad beatam vitam*. Hæc ultima vox, quæ in Ms. deſideratur, a Pfaffio jure reddita eſt.

c *Non in ſermonis ornatu*. Logicam heic Lactantius accipit eo ſenſu, quo Cicero Libro primo *de Finib.* ait: *jam in altera philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi, ac diſſerendi* &c. Unde univerſim continet quomodo loqui deceat non ſolum philoſophos, verum etiam Grammaticos, & oratores, ut manifeſte eruitur ex Lib. III. cap. XIII. ſeg. 4., & 5, unde iſta ſunt contracta.

d *Atque ſenſu conſiſtit.* Verbum hocce ultimum in Ms. non extat, & a Pfaffio additum eſt, quod ex eo non recepit Daviſius, quoniam ſubſtantivum facile poteſt ſubaudiri.

6

Quod ſi & Phyſica ſupervacua eſt[a], & hæc Logica[b]: in Ethica vero, quæ ſola neceſſaria eſt[c], philoſophi erraverunt, qui ſummum bonum[d] nullo modo invenire potue-

a *Quod ſi & Phyſica ſupervacua eſt*. Intellige ad vitam beatam conſequendam ex Lib. III. cap. XIII. ſeg. 6., unde iſta dependent.

b *Et hæc Logica*. Ms. λογικά: *quia*; Subdit loco mox citato: *beatum facere non poſſunt*.

c *In Ethica vero, quæ ſola neceſſaria eſt*. Et heic, ut ſupra cap. XXXII. diximus cum aſpiratione *Hethica* ſcribitur, & vox relativa ſine diphthongo.

d *Qui ſummum bonum*. Daviſius, & Bunem. legere malunt: *quia ſummum* &c.

tuerunt: inanis igitur [e], & inutilis omnis Philoſophia reperitur, quæ nec rationem hominis comprehendere, nec officium potuit, munuſque complere.

---

e *Inanis igitur*, *&* *inutilis omnis philoſophia* &c. Scilicet: *quia nec inſtruit ad juſtitiæ munera*, *nec officium hominis*, *rationemque confirmat*, ſicuti ſeg. 3. loco ſuperius indicato docuerat.

CAP. XXXVI.

I

QUoniam de Philoſophia dixi breviter [c] nunc etiam de philoſophis pauca dicam. Epicuri doctrina hæc eſt; inprimis nullam eſſe providentiam [a]. Et idem Deos eſſe [b] non abnuit. Utrumque contra rationem [c]. Sed

---

a *Nullam eſſe providentiam*. Lib. III. cap. XVII. a ſeg. 1. ad 16. Epicuri ingenium verſatile, & ſubdolum philoſophandi modum, quem recenſiores ejus diſcipuli imitantur, ingenue Lactantius adumbravit; deinde vero impiæ illius ſectæ errores refellit.

b *Et idem Deos eſſe* &c. Heum. *At idem*; Nos cum aliis lectionem Ms. Servamus; nam *&* valet heic *tametſi*.

c *Utrumque contra rationem*. Scilicet tam putare, plurimos eſſe Deos, quam nullam eſſe providentiam; & ic-

2

Sed ſi ſunt dii [a]; eſt igitur providentia. Aliter enim Deus intelligi non poteſt, cujus eſt proprium providere. *Nihil*, inquit, *curat* [b]. Ergo non modo humana [c], ſed ne cæleſtia quidem curat.

a *Sed ſi ſunt Dii*. Pfaffius edidit: *Nam ſi ſunt* &c. Daviſ. *Non ſunt Dii, ſi nulla eſt providentia*; ſed *ſi ſunt Dii* &c. Nihil tamen mutandum cenſeo cum Bunemanno; ſiquidem Lactantius heic, ut etiam in ſequentibus per interrogationem Epicurum adoritur. Mihi in mentem aliquando venerat: Tò *ſed* compendiariam notam eſſe ſignificantem *ſiquidem*; ſed ii, qui codicem inſpexerunt, id conjici poſſe negant.

b *Nihil*, inquit, *curat*: Scilicet reſpondet Epicurus.

c *Ergo non modo humana*. I.E. ergo non ſolum humana non curat; ſed neque cæleſtia; ut ſuperius cap. XXXIII. ſeg. 3.

3

Quomodo igitur, aut unde eſſe illum affirmas? Excluſa enim providentia, curaque divina, conſequens erat, ut non eſſe omnino Deum diceres. Nunc cum verbo reliquiſti, re ſuſtuliſti [a]. Unde ergo rerum natura eſt, ſi Deus nihil curat? Se-

a *Re ſuſtuliſti*. Vide ad Lib. *de Ira Dei* cap. IV. ſeg. 7. & adde Ciceron. L. I. de Nat. Deor. cap. XXX. ubi

ubi ait: *video nonnullis videri, Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe Deos, re ſuſtuliſſe*. Quod etiam alibi aſſeruit; & communiter a cordatis viris hanc Epicurum artem adhibuiſſe, perſuaſum eſt.

4

Semina, inquit, *ſunt minuta, quæ nec videri, nec tangi poſſunt, quorum coitu fortuito* [a], *& orta ſunt omnia, & ſemper oriuntur*.

a *Quorum coitu fortuito*. Lib. III. c. XVII. ſeg. 21. *Quibus*, inquit, *inter ſe temere conglobatis*. Adde dicta de *Ira Dei* cap. X. a ſeg. 3.

5

Si nec videntur, nec ulla corporis parte ſentiuntur, unde eſſe illa ſcire potuiſti? Deinde ſi ſunt, qua mente conveniunt [a], ut aliquid efficiant? Si ſunt lævia, cohærere non poſſunt, ſi hamata, & angulata, ergo ſecabi-

a *Qua mente conveniunt*. Vide ibidem, & nota Noſtri abundantiam; nam Lib. III. cap. XVII. ſeg. 27. ait, *quo fœdere, ... qua mente*. De Ira cap. X. ſeg. 31. *quo conſilio, qua ratione*.

cabilia ſunt. Hami enim, & anguli extant [b], & poſſunt amputari.

b *Et anguli extant*. I. E. *prominent*, & extra corpus compactum tendunt.

6

Sed hæc delira, & inutilia [a]. Quid? quod idem animas extinguibiles facit, quem refellunt non modo philoſophi omnes, & publica perſuaſio; verum etiam reſponſa vatum, carmina Sibyllarum, ipſæ denique divinæ voces Prophetarum; ut mirum ſit, extitiſſe unum Epicurum, qui cum pecoribus, ac belluis ſortem hominis æquaret?

a *Delira*, *&* *inutilia*. Daviſius hanc ultimam vocem exponit: *noxia*, ſeu *damnoſa*. Heum. legit cum Anonymo: *anilia*. Bunem. ex conjectura: *futilia*, quæ lectio congruentior eſt cum iis, quæ Noſter habet Lib. III. cap. XVII. ſeg. 28. ſeq. Si autem ſubaudias, aut addas *ſunt*, ut mallet Langletius, nihil tunc mutandum erit. Senſus enim eſt: *Hæc tamen vana ſunt*, *&* *inania*.

7

Quid Pythagoras [a]? qui primus eſt philoſo-

a *Quid Pythagoras?* De Pythagorica animarum tranſmigratione vide Lib. III. cap. XVIII. a ſeg. 2. Daviſius legendum cenſet: Quid? *Pythagoras* &c.

loſophus nominatus, qui animas quidem immortales eſſe, in alia tamen corpora vel pecudum, vel avium, vel beſtiarum commeare[b] ſtatuit?

b *Commeare*. Sic in Ms. Pfaffius addidit: *ſtatuit*.

§ 8 §

Non ſatius fuerat[a] eas cum ſuis corporibus extingui, quam ſic ad aliena damnari? Satius omnino non eſſe, quam poſt hominis formam, vel ſuem, vel canem vivere[b]?

a *Non ſatius fuerat*. Pfaffius edidit: *Nonne ſatius* &c.

b *Vel ſuem, vel canem vivere*. Anonym. Brittannus, Lactantium ob oculos heic habuiſſe credidit illud Horatii L. I. Epiſt. 2. ℣. 26.

Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.

Quod Bunem. ſuppreſſo illius nomine exſcripſit; ſed verſus ille, de hominibus a Circe in brutos animantes converſos, non de Pythagoræ metempſychoſi loquitur.

§ 9 §

Et homo ineptus, ut fidem dicto adderet, ſeipſum Trojano bello Euphorbum fuiſſe dixit[a], quo occiſo, in alias figuras animalium tranſiiſſe[b], poſtremo Pythagoram factum[c].

O ſe-

a *Euphorbum fuiſſe dixit*. Hujus impoſturæ hiſtoriam ridiculo, ac mordaci colloquio narrat Lucianus *In ſomnio*, cui *Gallus* titulus eſt, & nomen illius, qui ſe Pythagoram, Euphorbum, Aſpaſiam, Craterum, Regem, Satrapam, Equum, Graculum, Ranam denique Gallum, ex filio Apollinis fuiſſe tradit. Alii vero, filium non Apollinis; ſed Mercurii eum fecerunt, Æthalides nuncupatum, deinde Hermotimus, poſtea Pyrrhus Delius, & alia ſexcenta, quæ non ab Hermippo, aut a Sophoclis Scholiaſtæ, ut philoſophi famam obſcurarent, conficta ſunt, ſicuti ad eum excuſandum contendunt nonnulli ex Plotini, atque Porphyrii de hiſce fabulis ſilentio; ſed ab eodem Pythagora, ejuſque diſcipulis in vulgus ſparſa ſunt, ut is aliquid ſupra homines fuiſſe videretur. Quod Diſſ. XL. cap. XV. §. 1. demonſtraturi ſumus.

b *In alias figuras animalium tranſiſſe*. Hæc ex Luciano nota ſuperiori didicimus, & icciréo non audiendus Daviſius, cui Lactantius viſus eſt, Pythagoram cum Empedocle confudiſſe, qui de ſe dixiſſe fertur:

Ipſe ego namque fui puer olim, denique puella,
Arbuſtum, & volucris, mutus quoque in æquore piſcis.

c *Poſtremo Pythagoram factum* Ms. *poſt rem*.

10

O felicem, cui ſoli tanta memoria conceſſa eſt, vel potius infelicem [a], cui translato in

a *Vel potius infelicem*. Heum. valde credibile viſum eſt, Noſtrum ſcripſiſſe: *vel potius o infelicem!* mihi vero nulla id ratio, nulla authoritas perſuadet.

in pecudem non licuit neſcire, quid fuerit. Atque utinam ſolus deliraſſet [b] ! Invenit etiam, qui crederent, & quidem non indoctos homines [c], ad quos ſtultitiæ tranſiret hæreditas.

---

b *Atque utinam ſolus deliraſſet*. Ms. *deliberaſſet*.
c *Invenit enim; qui crederent, & quidem non indoctos homines*. Ms. *& quidem indoctos homines*; quam lectionem corruptam eſſe, inde apparet, quod mirum non ſit, rudes homines fabellas illas crediſſe; ſed valde mirandum, viros ingenii acumine præditos iiſdem commodaſſe fidem, vel etiam eam ſe præſtare apparenter ſaltem voluiſſe. Heum. & Daviſius legunt: *doctos*, nos cum Bunemanno ſervamus ſcripturam codicis addita negatione, Lactantii, ac Ciceronis ingenio magis congruentem.

C A P. XXXVII.

I

POſt hunc Socrates Philoſophiæ tenuit principatum [a], ſapientiſſimus etiam oraculo

---

a *Socrates philoſophiæ tenuit principatum*. Is non ſolum ætate Pythagora minor, verum etiam doctrina, & authoritate a quibuſdam eſt habitus; etſi, ut mox Noſter aſſerit: *ſapientiſſimus etiam Oraculo dictus eſt*, ob eam ſcilicet rationem, quam ſtatim Lactantius affert, & Cicero Lib. I. *Quæſt. Academ.* indicavit c. IV.

culo dictus, quia ſe fatebatur, unum ſcire [b], quod nihil ſciret.

b *Unum ſcire*. Heum. *hoc unum ſcire*.

2

Cujus Oraculi authoritate abſtinere ſe phyſicos oportebat, ne aut quærerent ea, quæ ſcire non poterant, aut ſcire ſe putarent, quæ ignorabant.

3

Videamus tamen an ſapientiſſimus Socrates, ſicut Pythius [a] prædicavit. Uſurpabat

a *Sicut Pythius.* Heum., & Bunem. *Sic ut Pythius*. Cognomen hocce Appollineo Oraculo, apud Delphos celeberrimo olim tributum fuiſſe, tradunt hiſtorici, quod fama erat, Apollinem occidiſſe Serpentem ex *πύθω*, I. E. ex putredine a diluvio relicta, natum; vel quod hominem nequiſſimum, cui nomen *Draco*, interemiſſet. Vide Macrob. L.I. Satur., cap.XVII. Hygin. *Fab.* CXL. & Strabo Lib.IX. Nec deſunt, qui vocabulum hocce deducant *ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι*, quod eſt, *interrogare*, ſeu *conſultare*. Ovidius Lib. I. *Metam.* Fab. X. primam opinionem ſecutus ait:

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,

In-

bat hoc ſæpe proverbium : *Quod ſupra nos , nihil ad nos* [b] *pertinere* . Jam exceſſit ſententiæ ſuæ terminos [c] . Nam , qui unum ſe ſcire dicebat , [d] , aliud invenit , quod tanquam ſciens diceret ; ſed id fruſtra .

Inſtituit Sacros celebri certamine ludos ,
Pythia de domitæ ſerpentis nomine dictos .

Sed vide Pauſan. in Phocis ſi de nominis , ac Oraculi iſtius origine plura cupis .

b *Quod ſupra nos , nihil ad nos* . Sic in Ms. & eodem modo Lib. III. cap. xx. ſeg. 10. Pfaffius addidit : *idem & nihil* &c.

c *Jam exceſſit ſententiæ ſuæ terminos* . Daviſius mallet : *Scientiæ* . Quam lectionem non reprobamus .

d *Se ſcire dicebat* . Poſt hæc *ſupplendum forſan* , inquit Pfaffius apud Bunem. *quod nihil ſciret* ; ſed facile ſubintelligitur .

4

Nam & Deus , qui utique ſupra nos eſt , quærendus eſt , & religio [a] ſuſcipienda , quæ ſola nos diſcernit [b] a belluis , quam quidem Socra-

---

a *Et Religio* . In Ms. *ut Religio* .

b *Quæ ſola nos diſcernit a belluis.* Scilicet per cognitionem intellectus ſuperno lumine donatos, ut ſupra cap. xxxiv. ſeg. 5. *ſola* autem heic valet *præcipua* ſicuti apud Virgilium Lib. III. *Æn.* ℣. 660.

. . . . *Ea ſola voluptas,*
Solamenque mali &c.

Socrates non modo repudiavit, verum etiam deriſit [c], per anſerem [d], canemque jurando: quaſi vero per Æſculapium non poſſet, cui voverat gallum? En ſapientis viri ſacrificium.

---

c *Non modo repudiavit, verum etiam deriſit.* Ad hanc veritatem demonſtrandam plura diximus in notis ad Lib. III. cap. xx. a ſeg. 10. uſque ad 17. quæ abunde, oſtendunt longe exceſſiſſe Bruckerum *in Hiſt. Critic. Philoſoph.*. Tom. 1. pag. 547., ubi ad tuendam Socratis pietatem, atque Religionem de Noſtro ait: *Inepte infert*: (Socratem) *locutum eſſe quod ſenſit: religioni minime ſerviendum*; nam illatio iſta adeo legitima eſt, dictis, factiſque Socratis diligenter perpenſis, ut nonniſi inſipiens ſit, quiſquis eam velit negare. Vide Diſſ. xl. cap. vii. §. 11. In Ms. pro *repudiavi*: legitur: *repudiabit*.

d *Per canem, & Anſerem* &c. Vide ubi ſupra ſeg. 25. Etiam Daviſius heic apologiam Socratis obtrudit nota 1., & 2. Sed nihil affert, quod a nobis præoccupatum non ſit locis ſuperius indicatis, valideque adverſus Socratis religionem obfirmatum.

5

Et quia eum proſecrare [a] ipſe non potuit,

---

a *Et quia eum proſecrare*. Sic in Ms. & ſic cap. xx. Lib. III. ſeg. 16., & etiam heic cap. xxiii. ſeg. 3. Daviſ., & Heum. *proſecare*.

tuit, amicos moriturus oravit, ut poſt ſe [b] ſolverent votum, ſcilicet ne apud inferos velut debitor teneretur. Hic profectò & pronunciavit, quod nihil ſcierit, & probavit [c].

b *Ut poſt ſe.* Daviſ. ex prava lectione loci ſuperius indicati legi jubet: *ut pro ſe*; nec vidit: *poſt ſe*: idem heic valere, ac *poſt mortem*: ſicuti clariſſimis productis exemplis oſtendit heic Bunem. Adde Vergil. Carm. Lib. IV. Georg. ℣. 148.

Verum hæc ipſe equidem ſpatiis excluſus iniquis
Prætereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo.

c *Et probavit.* Ms. *probabit*. Hocce verbum Cicero, Cæſar, Livius, Ovidius, aliiqui boni non ſolum pro *approbare*, & laudare; verum etiam pro *demonſtrare*, & *oſtendere* uſurparunt.

CAP. XXXVIII.

1

HUjus auditor Plato [a], quem Deum Philoſophorum [b] Tullius nominat, qui ſo-

a *Ejus auditor Plato*. Ad augendam utriuſque famam fabula illa excogitata eſt, qua fertur, Socrates quadam die in frequenti virorum conventu narraſſe, ſe videſſe per ſomnium Cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini conſecratum erat, advolaſſe, ac

ſolus [c] omnium ſic philoſophatus eſt, ut ad veritatem propius accederet: tamen quia Deum ignoravit [d], in multis ita lapſus eſt, ut nemo deterius erraverit, inprimis quod in libris civilibus [e] omnia omnibus voluit eſſe communia.

De

---

ac in ſuo gremio placide paullulum conſediſſe; mox vero expanſis alis Cæli penatralia petiiſſe, cantuque mirifico hominum, Deorumque aures mulcentem auditum fuiſſe. Quibus vix relatis, quum Ariſtonem videret ſibi Platonem filium diſcipulum offerentem, adoleſcentis ingenium ex fronte, & oculis conſpicatus: Hic, inquit, *ille de Academia Cupidinis Olor eſt*; ſed Pauſanias *in Atticis*, Laertius Lib. III. ſeg. 5. Apulejus, Olympiod., Suidas, & alii, qui hæc memoriæ prodiderunt, non obſcure commenti originem indicarunt.

b *Quem Deum philoſophorum Tullius nominat*. Cicero *de Nat. Deor.* Lib. II. cap. XXXII. *Audiamus enim*, ait, *Platonem, quaſi quemdam Deum Philoſophorum*; & Lib. IV. Epiſt. XV. *ad Attic.* ſublata illa cunctantis verecundiæ particula (*quaſi*) abſolute inquit; *Deus ille Noſter Plato*.

c *Qui ſolus*. Heum. heic lectorem ſuum deprecatur: *Ne, quæſo, geſtias reſcribere, quia ſolus*.

d *Deum ignoravit*. Anonym. Brittan. *ignoraret*.

e *In libris civilibus*. Scilicet *de Republ.* Lib. III., & V. Adde Laert. Lib. VIII. ſeg. 131. Ariſtot. Lib. II. *Politic.* cap. 1., & nos ad Lib. III. *Divin. Inſtit.* c. XXI. & XXII.

2

De patrimonis tolerabile eſt *, licet ſit injuſtum. Nec enim aut obeſſe cuiquam debet, ſi ſua induſtria plus habet, aut prodeſſe, ſi ſua culpa minus. Sed, ut dixi, poteſt aliquo modo ferri:

---

a *De patrimoniis tollerabile eſt*. Sicuti in primitiva Eccleſia, in qua plurimi patrimonia ſua ſpontanea, ac libera abdicatione communia eſſe volebant, ut habetur in *Actis Apoſtol.* cap. iv. ℣. 32. Tunc quippe, fervente charitate, ſeſe unius familiæ filios ſub cæleſti Patre conſtitutos, fideles omnes reputabant, nec inter illos pauper, & dives: *nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia*, ſed quod durare non potuit. Vide Lib. II. cap. xxi. ſeg. 3. (a).

3

Etiamne conjuges, etiamne liberi communes erunt? Non erit ſanguinis ulla diſtinctio *, nec genus certum, nec familiæ, nec

---

a *Non erit ſanguinis ulla diſtinctio* &c. Stoicorum, ac Cynicorum hoc placitum fuiſſe, ubi de eis agitur, videbimus, utpote qui & mulieres, & filios communes ita eſſe volebant, ut nuptiarum nomen, & ritus omnes vanum hominum commentum eſſe, docerent. Vide

cognatione, nec affinitates, ſed ſicut in gregibus pecudum confuſa & indiſcreta omnia, nulla erit in viris continentia, nulla in fæminis pudicitia?

Vide de prioribus Laert. L. VII. ſeg. 33., & S. Jo. Chryſoſt. hom. v. in Epiſt. D. Pauli ad Timoth., & adde Sex. Empir, *Pyrrh. Hypotyp.* Lib. III. cap. xxiv. & ſeq. Is de Chryſippo ait; eum in libris *de Republ.* impium illud dogma poſuiſſe. Patrem ex filia, Matrem ex filio, fratrem ex ſorore, licitum eſſe prolem ſuſcipere. Quæ omnia, ex Socratis, ac Platonis doctrina teterrima monſtra prodiere. Vide ad Lib. III. cap. xxi. ſeg. 4. (b).

4

Quis eſſe in utriſque amor conjugalis poteſt, in quibus non eſt certus, aut proprius affectus? Quis erit in patrem pius, ignorans unde ſit natus? Quis filium diliget, quem putabit alienum [a]?

a *Quem putabit alienum?* In Ms. habetur; *quem putavit.*

5

Quin etiam fæminis curiam reſervavit[a], mili-

a *Curiam reſervavit.* Sic in Ms. At Daviſius, Heum., & alii malunt: reſeravit. Vide dicta ad L. III. cap. xxii. ſeg. 10., & Platon. Lib. V. *de Repl.*, & vii; *de Legib.*, cui addendus Euſeb. *Præp. Evangel.* c. xii. ſeq.

militiam, & magiſtratus, & imperia permiſit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in qua virorum officia mulieres occupabunt? Sed hæc alias latius [b].

b *Sed hæc alias latius*. Præter loca jam ſuperius indicata, non occurrit mihi aliud indicandum in Lactantii operibus, quæ extant.

6

Zeno, Stoicorum magiſter [a], qui virtutem laudat, miſericordiam, quæ ſumma eſt virtus [b], tanquam morbum [c] animi amputandum judicavit, quæ & Deo cara eſt, & hominibus neceſſaria.

a *Zeno, Stoicorum magiſter*. De eo quædam ſuperius diximus cap. XXXIII. ſeg. 5., & L. III. c. XXIII. ſeg. 8. &c.

b *Qui virtutem laudat*. Sed vitam adeo fœdam duxit, ut pueris potius abuti, quam aut uxorem ducere, aut fœminam tangere, maluiſſet. Vide Athen. *Deipnoſ.* Lib. XIII. pag. 563. fin. quamquam Laertius addat: eum ſemel, aut bis, uſum fuiſſe ancilla, ne ſexum odiſſe ſe, aliquis exiſtimaret. L. VII. ſeg. 13.

c *Miſericordiam, quæ ſumma eſt virtus* &c. Erat quippe Zeno vir natura triſtis, & aſper moribus. In familiares durus, ac iracundus, qui nonnoſi multo hauſto vino placidus, & lenis fieri conſueverat, unde interrogatus, quare hoc ſibi contigeret, reſpondit, ſe

ſe vino mutari, ſicut quum lupini ex amarulentis aqua multa dulcedinem contrahunt. Athen. ubi ſupra L.II. cap. xiv. Adde Laert. ubi ſupra ſeg. 26. *Cicer. in Tuſcul.* Lib. IV. Senec. *de Clem.* Lib. II. & V. Lipſ. *Manud. ad Philoſ. Stoicam* Lib. III. Diſſ. xix.

7

Quis eſt enim, qui aliquo in malo conſtitutus nolit eſſe miſerabilis[a], ac non deſideret auxilia ſuccurrentium, quæ ad opem ferendam[b] nonniſi miſericordiæ affectu[c] excitantur.

a *Nolit eſſe miſerabilis*. Scilicet: *miſericordia dignus*, & talis ut eam videntes miſericordia moveantur; quo ſenſu Cicero hanc vocem ſæpe uſurpavit.

b *Quæ ad opem ferendam*. Daviſ. legit: *quia ad opem*: nec male; nam ut idem ait: *pronomen ad vocem ſuccurrentium, quam ad auxilia commodior refertur*.

c *Miſericordiæ affectu*. Ms. *affectus*.

8

Hanc ille[a] licet humanitatem, licet pietatem vocet[b], non rem, ſed nomen immu-

a *Hanc ille* &c. Anonym. Brittan. mallet *Hunc*: ſcilicet: *affectum*.

b *Licet humanitatem, licet pietatem vocet*. Stoicorum ſectæ patroni quorundam illorum ſententias ſic referunt, ut niſi intime explorentur, facile bono homini

mutat [c]. Hic eſt affectus, qui ſoli homini datus eſt, ut imbecillitatem noſtram mutuis adjumentis levaremus, quem qui tollit, ad vitam nos redigit belluarum.

mini imponent; hujuſmodi ſunt, quæ habet Seneca in locis ſeg. 6. antecedenti laudatis: Merc. Antonin. Imp. Lib. II., aliique; qui in eos commentaria ſcripſere; quibus tamen fidendum non eſſe ſtatim cognoſces, ſi Noſtri Lib. VI. cap. XI. ſeq. attente perlegas, & ad ea quæ heic ſequuntur, attendas.

c *Non rem; ſed nomen immutat.* Vide ubi ſupra cap. XV. ſeg. 11.

9

Nam, quod dicit paria eſſe peccata, ex eadem immanitate eſt [a], qua miſericordiam veluti morbum inſectatur. Qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut levia magnis ſuppliciis afficienda cenſet, quod eſt crudelis judicis, aut gravia parvis, quod eſt diſſoluti.

Utrum-

a *Ex eadem immanitate eſt.* En argumentum, quod Stoicos expugnat. Non enim fieri poteſt, ut pius, aut humanus ſit, qui eadem pœna afficiendum judicat proditorem v. g. patriæ, & bonorum ſuorum dilapidantem. Quod tamen ex eorum dogmate procedit, quo peccata paria eſſe putant nec impunita prætereunda.

10

Utrumque reipublicæ incommodum [a]. Si enim ſumma ſcelera leniter puniantur, audacia malis creſcet ad facinora majora; & ſi levibus delictis pœna gravior irrogetur, multi cives, quoniam nemo ſine delicto eſſe poteſt [b], in periculum venient, qui correpti [c] poſſent eſſe meliores.

a *Incomodum*. Langletius: *ſupple*, inquit, *eſt*.

b *Nemo eſſe ſine delicto poteſt*. Hæc eſt lectio a Pfaffio Bunemanno indicata, quum antea editum fuiſſet: *eſſe poteſt*.

c *Qui correpti*. Heum. *I. E. caſtigati* ex Ovid. *Metam.* VI. ℣. 612.

. . . . *fletumque Sororis*
Corripiens: non eſt lacrymis hic, inquit, agendum.

Ubi tamen potius ſignificat *reprehendere*, non autem *caſtigare*.

CAP. XXXIX.

I

ILla vero levia; ſed ex eadem vanitate naſcuntur. Xenophanes [a] orbem lunæ decem

a *Xenophanes*. De iſto philoſopho, ac de opinione, quam heic Noſter refellit, & deridet, vide dicta ad Lib. III. cap. XXIII. a ſeg. 12.

decem & octo partibus dixit eſſe majorem, quam hæc noſtra ſit terra. Itaque intra [b] ſinum ejus aliam terram contineri [c], quæ ab hominibus,& omnis generis animalibus incolatur.

---

b *Itaque intra.* Anonym. Brittannus probante Hehuman. legit: *atque intra*. Bunem. tentat: *ibique intra* ſed melius ſi exponas; *itaque* I. E. *&* *ita*.

c *Aliam terram contineri, quæ* &c. Jordanus Brunus Lunæ maculas terram eſſe aſſeruit; maria autem partes illius lucidas; quas in Selenographia diſtincte oſtendit Guillelm. Gilbertus *Phiſiol nova* L.II. c.XIII. Chriſtianus Hugenius poſt Bernardum Fontanellium libros duos edidit, in quibus *de Terris Cæleſtibus*, earumque habitatoribus, atque ornatu ita egit, ut vix riſum tenere queat quicumque eos legendo putet, hominem tam depravati ingenii repertum eſſe, qui talia ſibi perſuaſerit, aut ſerio ſcripſerit.

2

De Antipodibus [a] quoque ſine riſu nec audire, nec dici poteſt; Aſſeritur tamen,quaſi aliquid ſerium, ut credamus, eſſe homines, qui veſtigiis noſtris habeant adverſa veſtigia[b]. To-

---

a *De Antipodibus quoque*. Vide dicta ad Lib. III. cap. XXIV. per totum. In Ms. *Antipodis*.

b *Habeant adverſa veſtigia*. Platonem ne, qui primus dicitur in philoſophia, Antipodas nominaſſe, Apud

Tolerabilius Anaxagoras [c] deliravit, qui nigram nivem dixit.

apud Laertius Lib. III. ſeg. 24., an Pythagoram, quem de iis locutum eſſe, idem Laertius Lib. VIII. ſeg. 26. memoriæ tradidit, aut vero utrumque, heic impugnare Lactantius voluerit, ignotum eſt. Præter eos autem vix apud antiquos aliquem reperias, qui de iisdem ſit eodem modo locutus. In Ms. non *habeant*; ſed *habent*: legitur. Vide Leon. Capuanam ad Auguſt. *de Civit. Dei* Lib. XVI. cap. 9.

c *Anaxagoras*. Vide dicta ad Lib. III. cap. XXIII. ſeg. 11. & ad Lib. V. ſeg. 23. cap. III.

3

Quorundam non modo dicta; ſed etiam facta ridenda ſunt. Democritus [a] agrum ſuum, a patre ſibi relictum, deſeruit, & paſcua publica fieri paſſus eſt.

a *Democritus*. De eo ubi ſupra diximus ſeg. 4.

4

Diogenes cum choro canum [a] ſuorum, qui virtutem illam ſummam, & exactam rerum

a *Diogenes cum choro Canum*. De Diogene, ac Cynicis videnda ſunt indicata a nobis Lib. III. cap. XV. ſeg. 20. Mox tamen ea, quæ ibidem Noſter non tetigit exponemus.

rum omnium contemptum profitetur [b], mendicare victum maluit [c], quam honeſtó labore conquirere [d], aut habere ullam rem familiarem.

Cer-

b *Contemptum profitetur*. In Ms. *contemtu*. Daviſius Pfaffium reprehendit, quia caſum immutavit; putat enim Lactantium heic indicaſſe modum, quo Diogenes virtutem profitebatur; ſcilicet contemnendo res omnes, quæ ad corpus pertinebant; reſpexiſſe autem ei videtur Lactantius ad ea, quæ dixerat L.III. c. XXIII. ſeg. 1. At Bunem. Pfaffii correctionem probat, & tuetur exemplo deſumpto ex Lib. VI. cap. VII. ſeg. 6. Anonym. vero Brittann., & Heum. malunt legere: *profitentur*; ſed ſine ulla ratione.

c *Mendicare victum maluit*. Ælianus *Variæ. Hiſt.* Lib. III. cap. XXIX. & Diogen. Laert. Lib. VI. ſeg. 38. Eum in diem victitaſſe tradunt; At S. Hieronym. L. II. *adverſus Jovin. Refert*, inquit, *Satyrus, qui illuſtrium Virorum ſcripſit hiſtoriam, quod Diogenes palliolo duplici uſus ſit propter frigus; peram pro cellario habuerit; ſecumque portarit clavam ob corpuſculi fragilitatem, qua jam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat, &* ἡμερόβιος *vulgo appellatus ſit in præſentem horam, poſcens a quolibet, & accipiens cibum*.

d *Quam honeſto labore conquirere*. Heum. credidit, hanc eſſe vitioſam lectionem, & iccirco legendum: *cum quærere*; male tamen, ut recte judicat Bunem. non ſolum quia idem Lactantius Lib. II. cap. XIII. Al. XII. ſeg. 19. hoc eodem verbo uſus eſt; ſed quia Cicero, Cæſar, aliique boni eodem non raro utuntur pro eo quod eſt: *diligenter quærere*, ſive una cum aliis *exquirere*.

§ 5 §

Certe, vita ſapientis exemplum eſſe vivendi cæteris debet. Si horum ſapientiam omnes imitentur, quomodo ſtabunt Civitates [a]?

---

a *Quomodo ſtabunt Civitates?* Verbum *ſto* non ſolum uſurpatur, pro *manere*, ac pro *diu durare*, ut quidam putant; verum etiam eleganter ſumitur pro eo, quod eſt: *dignitatem retinere*, ut Noſter heic, & Cicero quoties, *ſtante ſe, Rempublicam cadere poſſe, negabat*.

§ 6 §

Sed forſitan iidem Cynici [a] exemplum verecundiæ præbere potuerunt, qui palam cum conjugibus ſuis cubitaverunt [b]? Neſcio, quam poſſent virtutem defendere, qui pudorem ſuſtulerunt.

Non

---

a *Iidem Cynici*. In Ms. *idem*.

b *Cum conjugibus ſuis cubitaverunt?* Punctum interrogationis adjecimus, ob ea, quæ mox ſequuntur. Daviſ. in addendis: *qui palam* mallet: *atqui palam*. Bun. Tò *forſitan* ironice dictum ſumit, & addit ex Auguſtino Lib. XIV. *de Civ. Dei* cap. xx. *Poſtea tamen a Cynicis fieri ceſſatum eſt; pluſque valuit pudor, quam error*. Sed hoc non ex ſectæ placitis; ſed ex communi *hominem vituperatione*. Vide Diogenem Laertum Lib. VI. ſeg. 97., & nos ad Lib. III. *divin. Inſtit.* c. xv. ſeg. 20. ſeq.

7

Non melior his Ariſtippus [a] qui, credo, ut amiculæ ſuæ Laidi placeret, Cyrenaicam inſtituit diſciplinam, qua Summi boni finem in voluptate corporis collocavit; ne aut peccatis authoritas, aut vitiis doctrina deeſſet.

a *Non melior Ariſtippus*. Anonym. Brittan. mallet: *Num melior Ariſtippus?* Vide ad Lib. III. cap. xv. ſeg. 15. ſeq., & cap. vii. ſeg. 7.

8

An illi fortiores magis ſunt probandi, qui, ut mortem [a] contempſiſſe dicerentur, voluntariam necem ſibi intulerunt [b]?

a *Qui, ut mortem*. Ms. *qui & mortem*.
b *Necem ſibi intulerunt?* Appono punctum interrogationis, ut ante me fecerunt Heum., & Langletius.

9

Zeno [a], Empedocles, Chryſippus [b], Cleanthes, Democritus, & hos imitatus Cato,

a *Zeno* &c. De mortibus iſtorum vide dicta ad Lib. III. cap. xviii. ſeg. 5. ſeq.
b *Democritus, & hos imitatus Cato*. De utroque vide ibidem ſeg. 5., & 6.

to [c], nec ſcierunt [d], homicidii crimine teneri ſecundum jus, legemque divinam eum, qui ſe interfecerit?

c *Nec ſcierunt*. Pfaffius: *neſcierunt*.

d *Homicidii crimine teneri* &c. Necem ſibi conſciſcere propria authoritate, vetitum eſt eodem præcepto, quo prohibetur homicidium voluntarium: Hebræorum tamen nonnulli putant, fas eſſe homini mortem ſibi inferre, quum vitam ſervare non poſſit ſine ſummi Numinis injuria: quod ex iis comprobare contendunt, de quibus in Sacris Scripturis fit mentio. E. G. de Sampſone, de Saule, de Eleazaro, de Razia &c. adduntque aliqui noſtrorum etiam Sanctarum Martyrum quarundam exempla, quæ ad virginitatem, fidemque ſervandam vel aquis, vel igne, vel ferro ſponte ſua mori maluerunt. Sicuti inter Heroes recenſebant Ethnici eos, qui pro ſalute Patriæ vitam, & ſanguinem fuderunt. Nuper etiam diſputatum eſt, an homini ſaltem infeliciſſimo, cui nulla ſuperſit melioris fortunæ ſpes, liceat ſibi manus inferre? quum autem inſtituti ratio non ferat, ut heic hujuſmodi quæſtiones ſolvantur; id reſervamns ad Diſſ. XXVIII. c. III. ſeg. IV.

10

Deus enim nos in hoc domicilium [a] carnis

a *In hoc domicilium*. Vide Platon. in *Pædro* Ciceron. *de Seneƈt.* cap. XX. Apul. *de Heb. doctr. Plat.* Macrob. *in Somn. Scip.* Lib. I. cap. XIII. S. Auguſt. *de*

nis induxit, ille nobis temporale corporis habitaculum dedit, ut incolamus, quandiu idem voluerit. Nefas igitur habendum eſt ſine Dei juſſu velle migrare [b].

de Civ. Dei L.I. cap.xxII. Laertium L.VII. ſeg. 130. Lipſ. *Manud. ad Philoſ. Stoic.* Lib. III. Diſſ.xxII.

b *Velle migrare*. Heum. *emigrare*. Idem prorſus valet, & æque latine dicitur; ut alibi ex Valla notavimus.

11

Non eſt ergo vis adhibenda naturæ. Scit ille quemadmodum opus ſuum reſolvat. Cui operi ſi quis manus impias adhibuerit [b], ac divini opificii vincula dirruperit [c], Deum conatur effugere, cujus ſententiam nec vivus quiſquam, nec mortuus poterit evadere.

a *Non eſt ergo vis adhibenda naturæ*. In Ms. legitur: *vis athibenda*. Sicuti in Ms. Bon. ſæpe *quot* pro *quod* & ſimilia.

b *Manus impias adhibuerit*. Bun. heic notat: *Notius*. *adtulerit*, *intulerit*; ſed adverte; aliud *eſſe manus ſibi inferre, ac operi manus adhibere*; utraque enim eſt phraſis Ciceroniana.

c *Vincula dirruperit*. Ms. *vincula dirrumperit*.

12

Scelerati ergo ſunt, & nefarii [a], quos

ſu-

ſuperius nominavi, qui etiam docuerunt quas cauſſas habere debeat mors voluntaria; ut parum ſit ſceleris, quod homicidæ in ſemetipſos extiterunt, niſi ad hoc nefas [b] & alios erudirent.

a *Scelerati ergo, & nefarii*. Sic in Ms. Pfaffius edidit: *ergo ſunt* &c.

b *Niſi ad hoc nefas*. Erudire *aliquem ad aliquod*: phraſis eſt Lactantio, & Ciceroni, aliiſque bonis non raro uſitata.

CAP. XL.

1

INnumerabilia ſunt [a] Philoſophorum dicta, factaque, quibus eorum inſipientia redargui poſſit. Itaque quoniam cuncta enumerare non poſſumus, pauca ſuffecerint: Sa-

a *Innummerabilia ſunt* &c. Theophil. Antioch. *L. II. ad Autol.* ingenue exhibet, veluti vivis adumbratam coloribus, Ethnicorum ſapientiam hiſce verbis ex Græco in latinum ſermonem translatis, *Ea quæ a Philoſophis, Hiſtoricis, & Poetis dicta ſunt, videntur quidem probabilia ob verborum elegantiam, & ornatum; ſed verborum lenocinium tolle, ſtulta, & vana eorum ſcripta apparebunt; nihil enim continent, niſi infinitas nugas; nec in iis aliquid veritatis reperitur. Quod ſi quid ve-*

verum videatur, errorem admixtum habet &c. Unde mirum ſane eſt, etiamnum homines reperiri Chriſtianos, qui eos potius, quam Eccleſiæ ſapientiſſimos, ſanctiſſimoſque doctores, ſibi magiſtros eligant, aliiſque imitandos, audiendoſque proponant.

2

Satis eſt intelligi, Philoſophos neque juſtitiæ [a], quam ignorabant, neque virtutis, quam mentiuntur, eſſe doctores. Quid enim doceant, qui ſuam ſæpe ignorantiam confitentur?

a *Neque juſtitiæ* &c. Ideo ſcite S.Auguſt.Epiſt.LII. V. E. *ad Macedon.* ait: *Apud eos vera pietas, id eſt verax veri Dei cultus, unde omnia recte vivendi duci oportet officia, non invenitur: non ob aliud, quantum intelligo, niſi quia beatam vitam ipſi ſibi quodammodo fabricare voluerunt, potiuſque patrandam, quam impetrandam putaverunt.*

3

Mitto Socratem, cujus eſt nota ſententia [a]. Anaxagoras omnia circumfuſa tene-

L 2 bis

a *Mitto Socratem, cujus eſt nota ſententia.* Ms. *mota ſententia*. Variatio ſimilis occurrit Lib. III. cap. XVI. ſeg.14.

bris [b] eſſe pronunciat. Empedocles [c] anguſtas ad inveniendam veritatem ſenſuum ſemitas eſſe.

ſeg. 14. Et utramque Bunem. exponit heic ex Cellario ibidem: quaſi diceret: *de cujus ſententia jam diſputari cœptum eſt*. Niſi malueris, *mota* I. E. *remota*. Lego cum Pfaffio, & Daviſio: *nota* ſcilicet ex iis, quæ jam dicta ſunt L. III. c. xx. ſeg. 1. ſeq. *Epitom.* c. xxxvii. &c.

b *Anaxagoras omnia circumfuſa tenebris*. Vide dicta ad Lib. III. cap. xxviii. ſeg. 12., & adde Diogen. Laert. L.IX. ſeg. 72. Sex Empir. *Adverſ. Math.* pag. 153. Cicer. *Lib.* 1. *Acad. Quæſt.* cap. xii. &c.

c *Empedocles*. Vide ubi ſupra.

4

Democritus in profundo [a] quodam puteo demerſam veritatem jacere teſtatur, quam quia nuſquam reperiunt, iccirco adfirmant neminem adhuc extitiſſe ſapientem.

---

a *Democritus in profundo* &c. Vide ibidem ſeg. 13. ſeq.

5

Quoniam igitur nulla eſt (apud Platonem Socrates dicit [a]) humana ſapientia [b], ſe-

ſequamur ergo divinam, Deoque gratias agamus, qui eam nobis & revelavit, & tradidit[c], ac nobis gratulemur, quod veritatem, ac ſapientiam cæleſti beneficio tenemus, quam tot ingeniis [d], tot ætatibus requiſitam Philoſophorum nemo [e] potuit invenire.

---

a (*Apud Platonem Socrates dicit:*) Heum. addit: *ut* quam particulam recepit etiam Bunem. Vide Platon. *in Apolog. Socr.*

b *Humana ſapientia*. Ms. *humanam ſapientiam*. Pfaffius apud Bunem. addit: *Deo*. *Vocem tamen Deo librarius rurſus delevit*. At in Ms. nihil tale apparet.

c *Et revelavit, & tradidit*. Ms. *revelabit*: *b.* pro *v.* more ſolito.

d *Quam tot ingeniis*. Scilicet: *a tot ingeniis*: præpoſitione eleganter remota: ut in Lib. *de Ira Dei* c. IX. ſeg. 7.

e *Requiſitam Philoſophorum nemo* &c. Sic Pfaffius edidit, quæ in Ms. ita leguntur: *philoſophiam num*. Heum. mallet *Philoſophorum nemo*. Bun. *philoſophia num potuit reperiri?* aut: *non potuit reperiri*. Vide Lib. III. cap. 11. ſeg. 8. & cap. XXX. ſeg. 7. & Lib. IV. cap. 11. ſeg. 2.

CAP. XLI.

1

NUnc quoniam falſam religionem [a], quæ in deorum cultibus, & falſam ſa-

 pien-

pientiam, quæ eſt in Philoſophis [a], refutavimus, ad veram religionem, ſapientiamque veniamus. Et quidem conjunctè [c], quia cohærent, de utraque dicendum eſt.

---

a *Nunc quoniam falſam religionem* &c. Breviatis jam hactenus tribus prioribus divinarum Inſt. libris, quartum in compendium heic contrahere incipit.

b *Quæ eſt in Philoſophis*. Bun. *Lego*, inquit, *in Philoſophia*.

c *Et quidem conjunctè*. Id eſt *ad religionem ſimul, ac ad ſapientiam*. Unde male in Ms. legitur: *conjunctæ*.

2

Nam Deum verum colere, id eſt, nec aliud quidquam, ſapientia [a]. Ille enim ſummus, & conditor rerum Deus [b], (qui hominem velut ſimulacrum ſuum fecit).

Iccir-

---

a *Id eſt, nec aliud quicquam, ſapientia* Lectio hæc ſatis incomoda,& obſcura in Ms. eſt ob additum illud: *quam ſapientiam*; ideo Daviſ. legendum cenſuit: *idem eſt, nec aliud quicquam, ſapientia*. Heum. & Anonym. Brittannus: *id eſt, nec aliud quicquam, ſapientia*. Senſus autem horum verborum ille idem eſſe debet, quem reddunt verba Lib. IV. cap. III. ſeg. 10. *Sapere nihil aliud eſt, quam Deum verum juſtis, ac piis cultibus honorare*. Unice enim in vera religione humanarum divinarum rerum recta cognitio reperiri poteſt.

b *Conditor rerum Deus (qui hominem, velut ſimula-*

lacrum ſuum fecit) &c. Sic in Ms. excepta parentheſi, quam claritatis gratia induxi. Pfaffius addit: *eſt*. Heum. delevit relativum *qui*. Omnino male; quoties enim ſenſus haberi poteſt ſola interpunctione mutata, nihil prorſus aut addendum, aut demendum eſt.

3

Iccirco utique ſoli [a] ex omnibus animalibus rationem dedit, ut honorem ſibi tanquam patri, & tanquam Domino [b] referret, & hac pietate, atque obſequio immortalitatis præmium mereretur.

a *Utique ſoli*: verba hæc notanda ſunt.

b *Tamquam patri, & tamquam Domino*. Heum. addidit: *Et*. Bun. vero reformandam hanc lectionem cenſuit hoc modo: *ut honorem ſibi; tamquam patri, & timorem, tamquam domino* &c. Ex Lib. IV. cap. IV. ſeg. 1. ſeq. Ego vero nihil muto; nam & recta locutio eſt, & quid velit Noſter clariſſime intelligitur.

4

Hoc eſt verum, divinumque myſterium. Illis autem, quia vera non ſunt, nulla concordia. Neque in Philoſophia ſacra celebrantur, neque in ſacris Philoſophia tractatur, & ideo falſa Religio eſt, quia non habet ſapientiam, ideo falſa ſapientia [a], quia non habet religionem.

a *Ideo falſa ſapientia*. Ms. *ſapientiam*. Vide L.IV. cap. III. ſeq.

5

Ubi autem utraque conjuncta ſunt, ibi eſſe veritatem neceſſe eſt, ut ſi quæratur ipſa veritas quid ſit, recte dici poſſit, aut ſapiens religio, aut religioſa ſapientia [a].

a *Aut ſapiens religio, aut religioſa ſapientia*. Nemo enim inſipientior eſſe poteſt, quam qui ſui ignorat opificem, vel ſi eum noſcit; non tamen, ut fas eſt, debito cultu, illum honorat.

CAP. XLII.

1

DIcam nunc, quid ſit vel ſapiens religio, vel ſapientia religioſa. Deus in principio antequam mundum inſtitueret, de æternitatis ſuæ fonte, deque divino [a], ac perenni ſpiritu ſuo filium ſibi progenuit incorruptum, fidelem, virtuti, ac majeſtati patriæ reſpondentem.

Hic

a *De æternitatis ſuæ fonte, deque divino &c.* Si iſta hæc

hæc cum iis conferas, quæ habentur Lib. II. cap. IX. ſeg. 3., & Lib. IV. cap. VI. a ſeg. 1. intelliges profecto, quam ſapienter Lactantius de æterna increati Verbi generatione ſit locutus, adverſus ea, quæ Petavius Lib. I. cap. V. §. 7. *de Trinit.* aſſeveravit, & a Daviſio heic Lactantio perperam tribuuntur, ut oſtendimus Diſſ. XXIX. cap. VIII. §. VI.

2

Hic eſt virtus, hic ratio, hic ſermo Dei, hic ſapientia. Hoc opifice, ut Hermes ait[a], & conſiliatore, ut Sibylla[b], & præclaram, & mirabilem hujus mundi fabricam machinatus eſt.

a *Ut Hermes ait*. Vide Lib. IV. cap. VI. ſeg. 4. ubi quæ heic Latine, Græce leguntur, deſumpta ex Lib. cui titulus eſt: *Aſclepius*: ſeu *ſermo perfectus* cap. IV.

b *Ut Sibylla*. Erythræa nimirum; ut Noſter eam appellavit Lib. IV. cap. VI. ſeg. 5.

c *Et præclaram*, *&* *mirabilem*. Anonym. Brittan. primam copulam delevit probante Heum.

3

Denique ex omnibus Angelis, quos item Deus de ſuis ſpiritibus figuravit, ſolus in

a *De ſuis ſpiritibus*. Heum. *Lege*, inquit, *de ſuo Spi-*

in conſortium ſummæ poteſtatis adſcitus eſt, ſolus Deus nuncupatus. *Omnia enim per ipſum* [b], *& ſine ipſo nihil*.

Spiritu; *ut n.* 1. Daviſius iis heic ſe dat comitem, qui hæc putant partim Arianorum, partim Manichæorum præſeferre impietatem, quibus ſatis fecimus Lib. II. cap. IX., & Lib. IV. cap. VI., & VIII.

b *Omnia enim per ipſum* &c. Reſpicit ad initium Evangelii S. Joh. Apoſtoli.

4

Denique Plato [a] de primo, ac ſecundo Deo, non plane ut Philoſophus, [b] ſed ut vates locutus eſt, fortaſſe in hoc Triſmegiſtum ſecutus, [c] cujus verba de Græcis converſa ſubjeci.

---

a *Denique Plato*. Scilicet in *Epimenide*, ac in Epiſtola *ad Hermiam*, *Eraſtum*, *& Coriſcum*, ut refert Euſeb. Lib. XI. cap. XVI. *Præp. Evangel.*

b *Non plane ut Philoſophus* &c. Euſebius ubi ſupra *Nonne tibi videtur Plato dum hæc ait, Hebræorum dogmatis* inſiſtere? &c.

c *Triſmegiſtum ſecutus*. An hoc fieri potuiſſet, ſuo loco videbimus.

5

Dominus, & factor univerſorum, quem Deum

Deum vocari[a] *exiſtimavim's, ſecundum fecit Deum viſibilem, & ſenſibilem. Senſibilem autem dico, non quod ipſe ſenſum accipiat, ſed quod in ſenſum mittat*[b], *& viſum. Quum ergo hunc feciſſet primum, & ſolum, & unum, optimus ei apparuit, & pleniſſimus omnium bonorum*[b].

a *Quem Deum vocari*. Daviſ. ex Græca verſione, legit: *vocare*.

b *In ſenſum mittat*. Heum. mallet, *immittat* Antiquus interpres: *in ſenſum mittit, & mentem*. Apulejus *videntium ſenſus incurrit*.

6

Sibylla quoque *Deum* dicit *ducem omnium a Deo factum*; & alia, *Deum Dei filium eſſe noſcendum*, ſicut ea, quæ in libris poſui[a], exempla declarant.

a *In libris poſui*. Scilicet in IV. *divin. Inſtit.* locis paullo ſupra indicatis.

7

Hunc Prophetæ divino ſpiritu pleni[a] præ-

a *Divino Spiritu pleni*. En Spiritus Sancti aliud teſtimonium.

Digitized by Google

prædicaverunt, quorum præcipue Solomon [b] in libro Sapientiæ [c], item pater ejus [d] cæleſtium ſcriptor hymnorum, ambo clariſſimi Reges, qui Trojani belli tempora CLXXX. annis anteceſſerunt [e], hunc ex Deo natum eſſe teſtantur;

---

b *Quorum præcipue Solomon*. Al. *Salomon*. Servo Lectionem Ms. Codicis, quæ eſt eadem, quam ſemper exhibet etiam Ms. Bonon. Secunda vox, quæ adverbium eſſe debet, de more amanuenſis ſcripta eſt cum diphthongo: *ae* quaſi caſus eſſet gignendi.

c *In libro Sapientiæ*. Etſi Criticorum diſputationibus agitata quæſtio ſit de vero hujus operis Authore; certum tamen eſt apud antiquos: Solomonis nomine fuiſſe inſignitum, ut Diſſ. xxix. cap. ii. §. vii. oſtendimus.

d *Item pater ejus*. Nempe David, cujus verba leguntur Lib. IV. cap. viii. ſeg. 14. Filii autem ejus ſeg. ſequenti.

e *Qui Trojani belli tempora* CLXXX. *annis anteceſſerunt*. Hanc lectionem pravam eſſe, ea oſtendunt, quæ a nobis annotata ſunt ad Lib. iv. cap. viii. ſeg. 13. cap. xvi. ſeg. 10. cap. xviii. ſeg. 32. Diſſ. xiii. c. iv. Art. II. §. v. & iccirco, etſi reclamantibus Daviſio, & Bunem. legendum exiſtimo: *Quos Trojani belli tempora* &c. Et quidem permittente id Ms. Taurienſi, in quo characteres utramque vocem confuſe repreſentant. Adde Diſſ. xxii. §. v.

8

Hujus nomen nulli eſſe notum [a], niſi ipſi

ipſi, & Patri, ſicut docet Johannes in revelatione [b]. Hermes ait [c]: *non poſſe nomen ejus mortali ore proferri*.

a *Nulli eſſe notum*. Heum. *Nulli eſt*: quam lectionem alii fere omnes amplexi ſunt.

b *Johannes in revelatione*. Scilicet in Apocal. cap. XIX. ℣. 12., ad quem locum vide Grotium digna lectu annotantem.

c *Hermes ait*. Nempe in *Pymand*. cap. I. in *Aſclep*. cap. IV. Vide L. IV. cap. VII. ſeg. 3.

9

Ab hominibus tamen duobus vocabulis nuncupatur, Jeſus, quod eſt Salvator, & Chriſtus, quod eſt Rex [a]. Salvator ideo, quia eſt ſanatio, & ſalus omnium, qui per eum credunt in Deum. Chriſtus ideo, quia ipſe de cælo in ſæculi hujus conſummatione venturus eſt; ut judicet mundum, & reſurrectione mortuorum facta, regnum ſibi conſtituat æternum.

a *Chriſtus, quod eſt Rex*. Vide annotata ubi ſupra ſeg. 7.

CAP. XLIII.

1

SEd ne qua forte ſit apud te hæſitatio, cur eum, qui ante mundum ex Deo natus

tus ſit, Jeſum Chriſtum appellemus [a], qui ante annos CCC.[b] natus ex homine eſt, rationem tibi breviter exponam.

---

a *Jeſum appellamus*. Sic in Ms. Pfaffius, & alii poſt ipſum: *appellemus*. Daviſ., Heum., Langletius, *Jeſum Chriſtum*.

b *Qui ante annos CCC.* Vide Diſſ. XIII. cap. IV., Art. II. §. V. ſeq., & Diſſ. XXII. cap. II. §. VI.

2

Idem eſt Dei & hominum filius. Bis enim natus eſt [a]. Primum de Deo in ſpiritu ante ortum mundi, poſtmodum in carne ex homine [b], Auguſto imperante [c], cujus rei præclarum, & grande myſterium eſt, in quo & ſalus hominum, & religio ſummi Dei, & omnis veritas continetur.

Nam

---

a *Bis enim natus eſt*: Vide Lib. IV. c. VIII. ſeg. 1.

b *Poſtmodum in carne ex homine*. In Ms. *carnem*, *ex Virgine*; ſed ultimam vocem diverſa, & recentior manus formavit. Lactantius utramque adhibuit L. IV. cap. XIX. nam ſeg. 7. ubi *per Virginem* ſeg. 13. *ex homine*, eum natum dixit; quas etiam conjunxit S. Auguſtinus *de Civ. Dei* Lib. XVIII. cap. XLVI. inquiens: *Homo manifeſtus ex homine Virgine*.

c *Auguſto Imperante*: Nempe *Cajo Octavio* dein *Octaviano Auguſto* nuncupato, qui & *Cajus Cæſar*, aliquando dictus eſt.

Digitized by Google

3

Nam quum primum ſcelerati, atque impii deorum cultus per inſidias daemonum irrepſerunt, tum penes ſolos Hebræos religio Dei manſit, quia tamen non lege aliqua[a], ſed traditum ſibi per ſucceſſiones cultum patrio more tenuerunt uſque ad id tempus, quo de Ægypto exierunt, Moyſe duce primo omnium Prophetarum[b], per quem illis lex eſt a Deo impoſita, qui Judæi ſunt poſtmodum nominati[c]. Servierunt igitur Deo vinculis legis obſtricti.

a *Qui tamen non lege aliqua; ſed traditum ſibi* &c. Daviſius: *Legendum credo*, ait: *legem aliquam*. Heum. *ſed patrio more traditum ſibi* &c. Bunem. *per ſucceſſiones* &c. quilibet marte ſuo. Nos a Ms. non recedimus.

b *Moyſe Duce, primo omnium prophetarum*. Gedalius *in Catena Cabbalæ* plurima nomina, quibus a diverſis Moſes appellatus eſt, recenſet; quare autem primus prophetarum dictus ſit, non una eſt Scriptorum ſententia. Vide Diſſ. XL. cap. 1. §. 1.

c *Qui Judæi ſunt poſtmodum nominati*. In Ms. *hli qui* &c. Daviſ., & Bunem. *iique Judæi ſunt* &c. amplector lectionem Codici congruentior, & lectorem meum ablego ad cap. x. Lib. iv. ſeg. 14.

4

Sed iidem paullatim[a] ad profanos ritus aber-

aberrantes, alienos Deos ſuſceperunt, & derelicto patrio cultu, inſenſilibus ſimulacris [b] immolaverunt.

---

a *Sed iidem paullatim*: Ms. *ſed idem* &c.
b *Inſenſilibus ſimulacris*: Sic in Ms., in quo tamen manus recens reſcripſit: *inſenſibilibus*. Utroque modo latine dicitur, & iccirco antiquam ſervamus lectionem.

5

Propterea Deus Prophetas ad eos miſit, divino ſpiritu adimpletos [a], qui illis peccata exprobrarent, & pœnitentiam indicerent, qui ſecuturam ultionem minarentur, ac denunciarent futurum, ſi in iiſdem delictis perſeveraſſent, ut alium mitteret novæ legis latorem, & ingrato populo [b] ab hæreditate ſummoto, aliam ſibi plebem fideliorem de exteris gentibus congregaret. Illi autem non modo perſeverarunt; verum etiam eos ipſos, qui mittebantur, interfecerunt.

Ita-

---

a *Divino Spiritu adimpletos*. En novum Spiritus Sancti teſtimonium, qui per prophetas locutus eſt.
b *Et ingrato populo*. Ms. *ut ingrato* &c. quæ lectio Anonym. Brittanno legitima videtur.

6

Itaque damnavit eos [a] ob hæc facinora, nec adjecit [b] ulterius Prophetas mittere ad populum contumacem; ſed filium ſuum miſit, ut gentes univerſas ad gratiam Dei convocaret.

a *Itaque damnavit eos.* Daviſ. exponit: *vel reprobavit, ac reos habuit: vel damno affecit. Vide Nonium* cap. IV. Lact. Lib IV. cap. XI. ſeg.7. quod hoc verbo voluit, ſignificavit per verbum: *abdicavit.*

b *Nec adjecit.* Bunem. heic annotat, hunc eſſe loquendi modum proprium Hebræorum, quem fortaſſe Lactantius ex LXX. ſit imitatus. Vulgatæ interpres antiquus non aliter expoſuit Amos cap. VII. ℣. 8. *Non adjiciam ultra ſuperinducere eum.*

7

Nec illos tamen, licet impios, & ingratos, ab ſpe ſalutis excluſit [a]; ſed ad ipſos

a *Ab ſpe ſalutis excluſit.* Lib. IV. cap. XI. ſeg 7. Noſter ait: *abdicavit eos in perpetuum.* Quæ ſi ad vim verborum attendas, non repugnant invicem; nam ſi abdicati a parentibus reſipuerint; non omnino a ſpe cadunt hæreditatis. Vide ad cap. IV. ſeg. 5. (d) & iccirco, quamquam univerſim Populus Hebræus, tamquam filius abdicatus in perpetuum habeatur: *Reliquiæ* tamen ut inquit Apoſtolus ad Rom. cap. IX. 27. *Salvæ fient.*

potiſſimum miſit [b], ut ſi forte paruiſſent, non amitterent, quod acceperant; ſi autem Deum ſuum non ſuſcepiſſent, tum hæredibus abdicatis, gentes in adoptionem venirent.

b *Sed ad ipſos potiſſimum miſit* &c. Vide dicta ad Lib. IV. cap. xi. ſeg. 15. ſeq. Illis enim Chriſtus fuerat promiſſus, qui proinde ab eis *Meſſias* dicebatur; cujus Evangelium ad Gentes per Apoſtolos tunc erat manifeſtandum, quum id reſpuerent Hebræi. Iccirco idem Chriſtus apud S. Matth. cap. xv. ℣. 24. qui ait: *Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt, Domus Iſrael*; apud S. Joh. *& alias oves habeo*, inquit cap. x. ℣. 16. *quæ non ſunt ex hoc ovili* &c. quibus adde, quæ habentur *Rom.* x. ℣. 12. *Eph.* xi. ℣. 14. *Act.* xiii. ℣. 46.

8

Juſſit igitur eum ſummus pater deſcendere in terram, & humanum corpus induere; ut ſubjectus paſſionibus carnis [a], virtutem, ac patientiam non ſolum verbis, ſed etiam factis doceret.

a *Ut ſubjectus paſſionibus carnis*. Chriſtus etſi peccare non poſſet; pati tamen in carne non ſolum potuit; ſed revera paſſus, & mortuus eſt, ut fides docet.

9

Renatus eſt ergo ex virgine ſine Patre tan-

tanquam homo ; ut quemadmodum in prima nativitate ſpiritali creatus , & ex ſolo Deo ſanctus Spiritus factus [a] eſt [b] , ſic in ſecunda carnali ex ſola matre genitus , caro ſancta fieret ; ut per eum caro , quæ ſubjecta peccato fuerat , ab interitu liberetur.

---

a *Creatus , & ex ſolo Deo Sanctus Spiritus factus eſt* . Sic Pfaffius edidit , & Ms. emendavit , in quo legitur : *creatus eſt ex ſolo Deo ſanctus ſpiritus factus eſt*. Daviſius & copulam , & verbum delet , quem alii ſecuti ſunt . Noſter heic reſpicit ad ea, quæ dixit L.IV. VI. I. & cap. VIII. ſeg. 6. & 8. c. XII. ſeg. 1. c. XIII. ſeg. 5. ex quibus objectiones ſolvuntur, quæ ex Petav. Lib. II. *de Trinit.* cap. 1. §. v. ſeqq. heic obtrudit Daviſ. Verbum autem *creare* idem latinis valet , ac *procreare, gignere, generare*, ut ſæpe diximus ; etſi Theologi uſurpare poſtmodum illud cœperint , pro eo , quod eſt: *ex nihilo producere*. Vide Diſſ. XXIX. c. VIII. §. VI.

b *Sanctus Spiritus factus eſt* . In Symbolo dicitur : *genitum non factum* . Bun. heic D. Cyprianum laudat , qui in Lib. *de Idol. vanit.* ait : *Carne Spiritus Sanctus induitur* ; ſed vide in Diſſ. proxime indicata , ubi hac de locutione diſputamus . Adde infra dicenda cap: XLVII. ſeg. 3.

C A P. XLIV.

I

HÆc ſic futura , ut expoſui , Prophetæ ante prædixerant . Apud Solomonem

 ita

ita ſcriptum eſt: *Infirmatus eſt* [a] *uterus virginis, & accepit fœtum, & gravata eſt, & facta eſt in multa miſeratione mater virgo*.

a *Infirmatus eſt* &c. Hæc eadem verba leguntur Lib. IV. cap. XII. ſeg. 3., ſed in Sacris Bibliis non extant, ut ibidem annotavimus.

2

Apud Eſaiam [a] ſic: *Ecce virgo accipiet in uterum* [b], *& pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel*, quod ſignificat nobiſcum Deus.

a *Apud Eſaiam*. Scil. cap. VII. ℣. 14. Ms. *Eſeiam*. Vide ubi ſupra ſeg. 4.

b *In uterum*. Ubi ſupra indicatum eſt, habetur; *in utero*.

3

Fuit enim nobiſcum in terra, quum induit carnem, & nihilominus Deus fuit in homine [a], & homo in Deo. Utrumque autem eum fuiſſe [b], a Prophetis ante prædictum eſt. Quod

a *Deus fuit in homine* &c. I. E. Deus, & homo Chriſtus Dei filius.

b *Utrumque autem eum fuiſſe*. In Ms. *Deum fuiſſe*. Sed Pfaffii emendatio certa eſt ex Lib. IV. cap. XIII. ut bene notavit Bunem.

4

Quod Deus fuerit, Eſaias ita dicit: *Adorabunt te, & in te præcabuntur, quoniam in te Deus eſt, & non alius Deus præter te. Tu enim Deus es, &* [a] *nos neſciebamus, Deus Iſrael* [b] *Salvator. Confundentur, & reverebuntur* [c] *omnes, qui adverſantur tibi, & cadent in confuſionem* [d].

a *In te Deus eſt* &c. Ubi ſupra ſeg. 7. plenius iſta leguntur, ſicuti apud Eſaiam c. XLV. ℣. 14. Unde nos lectionem reſtituimus,

b *Deus Iſrael*: Ms. *Deus Iſrabel*.

c *Reverebuntur*. Ms. *Reberebuntur*.

d *In confuſionem*. Ms. *in confeſſionem*. Sed optime hæc reſtituta ſunt ex loco proxime laudato.

5

Item Hieremias [a]: *Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alius abſque illo* [b], *qui inve-*

a *Item Hieremias.* Cum aſpiratione, ſicuti ex Cod. Bon. edidimus ubi ſupra ſeg. 8., ad quem lectorem ablegamus ob ea, quæ ibidem a nobis annotata ſunt circa authorem hujus prophetiæ, cujus verba habentur Baruch. III. ℣. 36.

b *Abſque illo*. I. E. non *ſine illo*: ut perperam crediderunt Kresbius, & Walchius; ſed *præter illum* vel *niſi ille*. Sicuti expoſuimus Lib. IV. c. XIII. ſeg. 8. (b) cum Bunem.

invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſibi: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.

c *Et Iſrael dilecto ſibi.* Ms. *Iſtrael.*

6

Item, quod homo fuerit, idem Hieremias dicit: *Et homo eſt* [a], *& quis cognovit eum*: Eſaias [a] quoque ſic tradit: *Et mittit eis Dominus hominem, qui ſalvabit eos, & judicans ſanabit eos.* Item Moyſes ipſe in Numeris [c]: *Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex Iſrael.*

a *Et homo eſt.* Vide annotata a nobis ad cap. proxime laudatum ſeg. 10. (a).

b *Eſaias.* Vide ibidem nota (b).

c *Moyſes ipſe in numeris.* Sic ubi ſupra nota (c).

7

Iccirco igitur quum Deus eſſet, ſuſcepit carnem, ut inter Deum, & hominem medius factus [a], hominem ad Deum magiſterio ſuo ſuperata morte perduceret.

CAP.

a *Medius factus.* Lib. IV. cap. xxv. ſeg. 5. hac eadem voce uſi ſumus, ubi alii legebant: *mediator.*

CAP. XLV.

1

DIximus de nativitate. Nunc de virtute, operibuſque dicamus, quæ quum magna inter homines, ac mirabilia faceret, videntes illa Judæi, magica potentia [a] fieri, putabant, ignorantes ea omnia, quæ fiebant ab eo, prædicta eſſe a Prophetis.

a *Magica potentia* &c. Vide dicta, & indicata ad Lib. IV. cap. XIII. ſeg. 16.

2

Ægros, & vario morborum genere languentes non medela aliqua [a], ſed vi, ac poteſtate verbi ſui protinus roborabat, debiles reſanabat, claudos ad greſſum erigebat; cœcis viſum reſtituebat, mutis eloquium dabat, ſurdos inauribat [b], pollutos, macula-

a *Non medela aliqua*. Ms. *Medella*. Sic in pleriſque antiquis Codicibus ſcripta ſunt verba ſimilia. E. g. *Querella* : *loquella* &c.

b *Surdos inauribat*. Daviſius hanc vocem hauſiſſe Lactantium putat ex Italica Bibliorum verſione; & S. Hilarii locum indicat, ubi ait : *Non cujuſcumque eſt, inno-*

toſque [c] purgabat, furiatis dœmonum incurſu mentem propriam reponebat, mortuos, aut jam ſepultos [d] ad vitam, lucemque revocabat.

innocentiæ, ut orationem ſuam Deus inauriat. I. E. *exaudiat*, ſicuti vulgatæ noſtræ legit interpres Pſ. LIII. ℣. 2. & clarius Pſal. LIV. ℣. 1. *Exaudi, Deus, orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam, intende mihi, & exaudi me.* Ubi S. Hilarius legit: *Inaurire Deus orationem meam.* Quaſi dicat: *Auribus percipe.* Animalia *inaurita* dixit Gellius L. VII. c. VI. pro iis animantibus, quæ auditu carent; ſed lectio ſuſpecta eſt Mercero, & Gronovio, ut bene heic notat Bunem. Idcirco fortaſſe Heum. ait: peregrinum, ac forſan Afrum eſſe vocabulum, pro eo quod eſt: *audientem reddere* nuſquam ſibi repertum. Sed vide omnino Sypontin. *in Cornucop.* L. L verb. *Haurio* Col. mihi 267. n. 53., & conf. Lib. *de Opif. Dei* cap. VIII. ſeg. 8. Ut nos facimus Diſſ. XXI. cap. I. §. I. v. *Inaurire*, ex quo fit *Inauris*.

c *Pollutos, maculatoſque.* Intellige leproſos, & maculis aſperſos, de quibus dictum eſt L. IV. cap. XV. ſeg. 8. & cap. XXVI. ſeg. 11. ſeq.

d *Mortuos, & jam Sepultos.* Daviſius mallet: *mortuos etiam, & jam ſepultos* &c. Sed opus non eſt, ut talis fiat ſine codicis authoritate additio.

3

Idem quinque millia hominum [a] quinque

a *Idem quinque millia hominum.* Ms. *quinque milia.*

que panibus, & duobus piſcibus, ſaturavit. Idem ſupra mare ambulavit [b]. Idem in tempeſtate præcepit vento, ut conquieſceret [c], ſtatimque tranquillitas facta eſt: quæ omnia & in Prophetarum libris, & in carminibus Sibyllinis [d] prædicta invenimus.

b *Supra mare ambulavit*. Heum., & Bunem. legere maluerunt: *ſuper mare* ex vulgato D. Matth. interprete XIV. 26. 29. Sed nulla neceſſitas cogit, quum ſenſus idem ſit, & æque latina utraque dictio.

c *Conquieſceret*. Bunem. annotat heic Plin. L. II. Epiſt. XVII. *Quum-ventus inquietus: qua venti quieſcunt*. Sed verbum *conquieſco* uſitatiſſimum eſt Ciceroni, & apud eum paſſim occurit hoc eodem ſenſu; E. G. *Bella*, *Febris*, *Calor*, *Arma* &c. *conquieſcunt*.

d *In Prophetarum libris, & in carminibus Sibyllinis*. Eorundem teſtimonia exhibentur Lib. IV. c. XV. a ſeg. 23. ſeqq.

4

Ob hæc miracula quum ad eum magna concurreret multitudo, &, ut erat, Dei filium, & a Deo miſſum crederet, repleti invidia Sacerdotes, ac Principes Judæorum ſimul ira concitati, quod eorum peccata, & injuſtitiam coarguebat, coierunt, ut eum occiderent [a]. Quod

a *Coierunt, ut eum occiderent*. Vide L. IV. c. XVI. ſeg. 5. unde iſta deprompta ſunt.

5

Quod futurum ante annos mille [a] paullo amplius Solomon in Sapientia [b] pronunciaverat his verbis: *Circumveniemus* [c] *juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & exprobrat* [d] *nobis peccata legis. Promittit ſcientiam Dei ſe habere; & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, gravis eſt nobis etiam ad videndum; quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius; & mutatæ ſunt viæ illius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo. Continet ſe a viis noſtris* [e], *quaſi ab immunditiis; & præfert* [f] *noviſſima juſtorum, & gloriatur patrem ſe habere Deum* [g]. *Videamus ergo ſi ſermones illius veri*

a *Ante annos mille*. Adde: *& decem*: ex indicatis paullo ſupra ad cap. XLII. ſeg. 7. & cap. XVI. L. IV. ſeg. 10.

b *Solomon in Sapientia*. Vide dicta ubi ſupra.

c *Circumveniamus* &c. Vide ad Lib. IV. cap. XVI. ſeg. 7.

d *Et exprobrat*. Sic bene reſtitutum eſt, quod male in Ms. legebatur: *exprobat*.

e *Continet ſe a viis noſtris*. Ms. *a viris noſtris*.

f *Et præfert*. Ms. *præferet*.

g *Et gloriatur patrem ſe habere Deum*. Daviſ., & Bun. omnino legendum putant: *patrem Deum*. Ex Cod. Noſtro Bon. Lib. IV. cap. XVI. ſeg. 8. legimus ut habetur in vulgata; *Et gloriatur, patrem ſe habere Deum*.

veri ſunt, & tentemus, quæ eventura ſunt illi. Contumeliis, & tormentis [h] *interrogemus eum, ut ſciamus* [i] *reverentiam illius, & probemus patientiam illius* [k]. *Morte turpiſſima condemnemus eum. Hæc cogitaverunt, & erraverunt. Excæcavit enim illos ſtultitia eorum; & neſcierunt ſacramenta Dei.*

---

h *Contumeliis, & tormentis*. Ms. *contumelia, & tormenta*. Lib. IV. cap. XVI. ſeg. 9. *contumeliis, & tormentis*.

i *Ut ſciamus*. Sic loco proxime laudato. Ms. *& ſciamus*.

k *Et probemus patientiam illius*. Hæc deeſſe Ms. Bon. Cod. jam ſuperius annotatum eſt.

6

Harum igitur litterarum immemores, quas legebant, incitaverunt populum tanquam adverſus impium, ut eum comprehenſum ad judicium ducerent, mortemque ejus impiis vocibus flagitarent [a].

---

a *Flagitarent*. Vide ad Cap. XVIII. ſeg. 5. L. IV.

7

Intentabant autem pro crimine [a] id ipſum, quod ſe Dei filium diceret, & quod legem ſolveret, curando homines in Sabbato, quam

quam ille ſe non ſolvere, ſed implere dicebat.

a *Intentabant autem pro crimine*. Daviſius hæc verba ſimul, & quæ ſequuntur expendens; *Lactantius*, inquit, *id quod privato conſilio ſuſceperunt verpi, publico judicio perperam adſcribit*: Bun. vero Tò *pro crimine*, exponit, *tamquam crimen*. Revera tamen Noſter heic cumulat omnia, quæ Judæi de Chriſto criminabantur falſos ſollicitando teſtes, de quibus agitur apud S. Matth. cap. XXVI. a ℣. 59.

8

Quumque Pontius Pilatus, qui tum legatus in Syria judicabat [a], perſpiceret, cauſſam

a *Legatus in Syria judicabat*. Ms. *in Syriam* Forte non male. Lib. IV. cap. XVIII. ſeg. 4. *Legatus Syriam regebat*. Vide annotata a nobis ibidem; & pro iis, quæ heic obtrudit Daviſius, animum adverte, Romanos Cæſares in provincias ſibi reſervatas duo Legatorum genera habuiſſe præcipua: *Præſides* nimirum, & *Procuratores*; de quibus agens Strabo Lib. XVIII. prope finem, ac illis quidem adminiſtrandæ provinciæ munus; iſtis vero colligendarum pecuniarum curam tribuens ait: **Καί εἰς μὲν τὰς Καίσαρος, ἡγεμόνας, καὶ διοικητός πέμπει** Id eſt: *In Cæſaris quidem Provincias, Præſides, & Procuratores mittuntur*. Utrumque munus vel in Syria univerſa, vel in Judæa, quæ pars ejus etiam tum erat geſſiſſe Pilatum, oportet; nam is & Præſes dicitur Matth. XXVII. ℣. 2. & *Procurator* Luc. III. ℣. 1.

Græ-

cauſſam illam ad officium Romani Judicis [b] non pertinere, miſit eum ad Herodem Tetrarcham, permiſitque Judæis [c], ut ipſi legis ſuæ diſceptatores eſſent, qui accepta ſceleris poteſtate, addixerunt eum cruci [d], ſed prius

Græco vocabulo Ἡγεμών, quo apud eundem II. ℣. 2. appellatur etiam Cyrinus ille Syriæ Præſes, qui tot, tantarumque contentionum præbuit interpretibus ſacris occaſionem. Quid ergo mirum, ſi Lactantius commune utrique muneri vocabulum uſurpans, *Legatum* appellavit Pilatum, qui Cæſaris erat in Judæa, ac propterea ſaltem in Syriæ parte Procurator?

b *Ad officium Romani judicis*. Daviſius: *Iterum*; ait, *lapſus eſt Noſter; cauſa enim, cur Chriſtus ad Herodem mitteret Pilatus, erat, quod Jeſus in Galilæa natus putabatur, eaque regio in Herodis fuit ditione* &c. Non itaque Noſter lapſus; ſed Daviſius; Nam ex eo, quod Chriſtus Dominus cenſeretur ad poteſtatem Herodis pertinere, jam Romani Præſidis authoritas ad illum non extendebatur, & iccirco ad officium Pilati non attinebat, cauſſam illam judicare. Vide Luc. XXIII. ℣. 7.

c *Permiſitque Judæis.* Hinc ea explanantur, quæ a Noſtro dicta ſunt Lib. IV. cap. XVIII. ſeg. 6., & ea confirmantur, quæ ad L.C. annotavimus. Adde S. Auguſt. ad Joh. XIX. ℣. 7.

d *Addixerunt eum Cruci*. Bunem. *Lego*, inquit, *affixerunt* &c. *Nam prius addixerunt, quam flagellis, & palmis verberarent*. Sed nihil mutandum eſt, quum recte intelligatur, Hebræos Chriſtum Cruci quidem addi-

prius flagellis [e] & palmis verberarunt, ſpinis coronarunt, faciem conſpuerunt, in cibum, & potum dederunt ei fel, & acetum, & inter hæc nulla vox ejus audita eſt.

---

addixiſſe primum, deinde flagris, & palmis cecidiſſe, demum patibulo affixiſſe. Vide Lib. IV. cap. XVIII. ſeg. 7. & 8.

e *Sed prius flagellis*. I. E. antequam eum Crucifigerent. Notat Daviſius ex Matth. XXVI. ℣. 67. non Judæorum; ſed Pilati juſſu flagellis cæſum eſſe Chriſtum, ejuſque capiti contextam ſpineam coronam; ſed etſi de flagellatione dici poſſit, quod Pilatus de more id fieri permiſerit; non tamen de ſpinea corona quicquam ille decrevit; immo revera non conſtat, quiſnam barbari illius conſilii author extiterit.

✠ 9 ✠

Tunc carnifices ſortiti de tunica ejus [a], & pal-

---

a *Tunc Carnifices ſortiti de tunica ejus* &c. Quamquam ii, qui Jeſum Chriſtum affixerunt Cruci, non ante, ſed poſt patratum immane hocce facinus, ſortes jecerint, non tamen hoc ignoravit Lactantius, aut actorum ſeriem perturbate expoſuit; ſed per hyppallagem locutum eſſe cenſendum eſt, ut quod in hac re maximum erat, ultimo loco reſervaret; & iccirco Daviſius male heic annotavit: Lactantium ab Evangeliſtis abiiſſe diverſum.

Digitized by Google

pallio, ſuſpenderunt patibulo[b], atque adfixerunt[c], quum poſtridie Paſcha[d], id eſt, feſtum diem ſuum[e] celebraturi eſſent. Quod facinus prodigia ſecuta ſunt, ut intelligerent nefas quod admiſerant.

Eodem

b *Suſpenderunt patibulo*. Sic in Ms. Pfaffius interpoſuit: *eum*, quæ vox neceſſaria non eſt.

c *Atque affixerunt*. Heum. *patibuloque affixerunt.*

d *Quum poſtridie Paſcha* &c. Non eſt, cur heic Lactantium putes in eorum ſententia fuiſſe, qui contendunt, Chriſtum Dominum crucem ſubiturum Paſcha legale cum diſcipulis non celebraſſe, ac proinde non in azymo; ſed in fermentato inſtituiſſe ſacrificium Euchariſticum, ut Calmetus in Diſſ. peculiari *de Noviſſ. Chr. Domini Paſchate*, contendit; nam quæ ſequuntur, oſtendunt, non de Agni commeſtione heic agi; ſed de feſto die Azymorum, quod Hebræi celebraturi erant poſtridie ejus diei, in qua agnus occidebatur, ut mox dicemus. Vide Diſſ. XIII. cap. III. Art. I. §. III.

e *Id eſt, feſtum diem ſuum* &c. Apud Hebræos lege ſanctum erat, Exod. XII. a ℣. 6. ut die XIV. primi menſis univerſa filiorum Iſrael multitudo agnum immolaret, cujus carnes eadem nocte ita comederet, ne illarum quicquam uſque mane ſupereſſet. ℣. 10. A veſperis autem ejuſdem diei, more Hebræorum incipiebat dies prima Azymorum, quæ ſolemnis erat apud eos, & alio convivio de hoſtiis peſt ſolis ortum mactatis inſtituendo, celebranda, ut habetur Deuter. XVI. ℣. 2. ſeq. Hæc dies inter omnes

nes erat Judæis *celeberrima*, *& Sancta* ex Levit. xxiii. ℣. 7. & eodem *Paſchæ*, ſeu *Phaſe* appellabatur vocabulo, ut ex ll. cc. apparet. De hoc igitur Feſto loquitur Lactantius eodem ſenſu, quo S. Johannes hanc iſtoriam narrans cap. xviii. ℣. 28. ait de Judæis Chriſtum accuſantibus: *& ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur; ſed ut manducarent Paſcha*: ſcilicet non Paſchalem Agnum, quem nocte antecedenti fuerat comedendus, ut de facto Chriſtum Dominum cum diſcipulis ſuis eum commediſſe, omnes narrant Evangeliſtæ; ſed aliarum victimarum carnes die eadem imolatas. Vide Dominici Manſi præfationem ad tom. vii. ſuæ verſionis *Comm. Calmet.* iſtiuſque Diſſertationem, ab eodem Manſio auctam, reformatamque, Toinardo, & Calmeto conſentientibus.

10

Eodem namque momento [a], quo ſpiritum poſuit, & terræ motus magnus, & deliquium ſolis fuit, ut in noctem dies verteretur [b].

CAP.

a *Eodem namque momento*: Sic bene Pfaffius; nam in Ms. legitur: *eodem nam quæ momento*.

b *Dies verteretur*: Ms. *vertetur*.

CAP. XLVI.

1

QUæ omnia [a] Prophetæ ſic futura eſſe prædixerant. Eſaias ita dicit [b]: *Non ſum contumax, neque contradico, dorſum meum poſui* [c] *ad flagella, & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non averti a foeditate ſputorum.* Idem de ſilentio [d]: *Sicut ovis ad immolandum adductus ſum, & ſicut agnus coram tondentibus* [e] *ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.*

---

a *Quæ omnia*. Sic in Ms. At Pfaffius, & Daviſius neſcio qua ratione legere maluerunt: *Hæc omnia*.

b *Eſaias ita dicit*. Vide L. IV. cap. XVIII. ſeg. 13.

c *Dorſum meum poſui*: Ultimum verbum in Ms. non habetur; ſed ex loco ſuperius laudato jure a Pfaffio eſt reſtitutum.

d *Idem de ſilentio*. Vide ubi ſupra ſeg. 16.

e *Coram tondentibus ſe*. Pronomen reſtituimus ex loco proxime laudato; nam in Ms. non habetur.

2

Item David in Pſalmo [a] XXXIV.

---

a *David in Pſalmo* XXXIV. Sic etiam ubi ſupra ſeg. 14.

Congregata ſunt in me flagella, & ignoraverunt; diſſoluti ſunt, nec compuncti ſunt, tentaverunt me, & ſtriderunt ſuper me dentibus ſuis. Idem de cibo, & potu (b) Pſalmo LXVIII. *Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potum mihi dederunt acetum.*

b *Pſalmo* LXVIII. Prima vox in Ms. deſideratur; heic vero bene reſtituta eſt ex ſeg. 18. ſupradicti capitis.

3

Item de Cruce Chriſti [a]: *Et foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraverunt omnia oſſa mea, ipſi autem contemplati ſunt, & viderunt me, diviſerunt veſtimenta mea ſibi, & ſuper veſtem meam ſortem miſerunt.*

a *Item de Cruce Chriſti.* Vide ibidem ſeg. 20. ubi non ut heic *& foderunt.* Sed *effoderunt:* habetur.

4

Moyſes in Deuteronomio [a]: *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die, & nocte, & non credes vitæ tuæ.* Item in

a *Moyſes in Deuteronomio.* Vide dicta ad locum proxime laudatum ſeg. 29.

in Numeris[b] : *Non quaſi homo Dominus* [c] *ſuſpenditur , neque quaſi filius hominis minas patitur* [d].

b *Item in numeris*. Vide ibidem.
c *Dominus*. Al. *Deus*.
d *Minas patitur*. In Ms. male ſcriptum legitur: *minans patitur*.

5

Item Zacharias[a] : *Et intuebuntur in me, quem transfixerunt*. De ſolis obſcuratione [b] Amos ita dicit : *In illo die , dicit Dominus , occidet ſol meridie , & obtenebrabitur dies lucis , & convertam dies feſtos veſtros in luctum ; & cantica veſtra in lamentationem* [c].

a *Item Zacharias*. Pfaffius : *Zaccarias*. Vide ubi ſupra ſeg. 30.
b *De ſolis obſcuratione Amos* &c. Lib. IV. c. XIX. ſeg. 3. hæc eadem habentur.
c *In lamentationem*. Ms. *in lamentatione*.

6

Item Hieremias[a] de civitate Hieroſolyma , in qua paſſus eſt : *Et ſubivit* [b] *ſol ei ,* quum

a *Item Hieremias*. Ubi ſupra ſeg. 4. legimus cum Bon. Cod. *Hieremias*.
b *Et ſubivit* &c. Loco ſupra indicato habetur: *exterrita eſt , quæ parit , & tæduit animam , & occidit Sol* &c.

quum adhuc medius dies eſſet, confuſa eſt[c], *& maledicta, reliquos eorum in gladium dabo.*

c *Et confuſa eſt.* Sic etiam ibidem. At in Ms. *contuſa eſt.*

7

Nec fruſtra hæc dicta ſunt. Siquidem poſt breve tempus Imperator Veſpaſianus [a] Judæos debellavit, & terras eorum ferrò, igni que depopulatus eſt, obſeſſos fame ſubegit, Hieroſolymam evertit, captivos triumphavit [b], cæteris, qui reliqui fuerunt; terris ſuis interdixit, nequando iis ad ſolum patrium reverti liceret.

Quæ

a *Imperator Veſpaſianus.* Vide dicta ad Lib. IV. cap. xxi. ſeg. 5.

b *Captivos triumphavit.* Sæpe hac phraſi Noſter uſus eſt eleganter. Extat autem in urbe hujus triumphi illuſtris memoria in arcu Marmoreo ad radices montis Palatini a Senatu, Populoque Romano poſt, Veſpaſiani mortem erecto, ut adverſus nonullos oſtendit Donatus L. III. cap. iv. *Rom. Vet. ac Rec.*, ſed vivo adhuc Tito, quod ex veteri inſcriptione, quam Faunus ſuis temporibus haud procul repertam recitat hiſce verbis, eruitur.

S. P. Q. R.
IMP. TITO . CÆS. DIVI . VESPASIANI . FILIO.
VESPASIANO. AVG. PON. MAX. TR. POT. X.
IMP. XVII. XVIII. P. P. PRINCIPI. SUO. QUI.
PRÆCEPTIS. PATRIÆ . CONSILIISQUE.
. ET .
AUSPICIIS . GENTEM . JUDAEORUM . DOMUIT.
ET . URBEM . HIEROSOLYMAM .
OMNIBUS . ANTE .
SE . DUCIBUS . REGIBUS . GENTIBUS.
AUT . FRUSTRA . PETITAM .
AUT . INTENTATAM . DELEVIT .

Hanc Donatus non viderat, & in arcu deſideratur.

§ 8

Quæ a Deo, propter illam Chriſti Crucem facta ſunt, ut hoc in ſcripturis [a] eorum Solomon [b] ante teſtatus ſit, dicens: *Et erit Iſrael in perditionem, & in opprobrium* [c] *po-*

a *Ut hoc in Scripturis* &c. Pfaffius apud Bunem. annotat: *Forſitan legendum: ita, ut.*

b *Solomon.* More ſolito. Quamquam in Ms. legitur: *Solomoni*: tertio caſu, *legendum tamen*, inquit, Daviſius: *Solomon, caſu nominandi.* Uti de facto habetur Lib. IV. cap. XVIII. ſeg. 32. ubi verba prophetiæ hujus ſunt altius repetita. Bun. vero lectionem ſervandam, cenſet, quoniam hiſce verbis Deus Solomoni id, quod refert, teſtatus eſt.

c *Et in inproperium.* Sic etiam loco proxime indicato, niſi quod aliqui præpoſitionem ibidem delent, Al.

populo, & domus hæc erit deſerta, & omnis, qui tranſiet per illam [d], *admirabitur, & dicet: Propter quam rem Deus fecit terræ huic, & huic domui* [e] *hæc mala, & dicent, quia derelinquerunt* [f] *Dominum Deum ſuum, & perſecuti ſunt Regem ſuum dilectiſſimum Deo, & cruciaverunt illum* [g] *in humilitate magna, pro hoc importavit* [h] *illis Deus mala hæc.*

'Al legunt: *in opprobrium*, ut Pfaffius, Daviſius, & Heumannus legendum utrobique judicant. In Noſtra vulgata habetur: *eritque iſrael in proverbium*.

d *Qui tranſiet per illam*. Sic in Ms. At Pfaffius, ex loco ſuperius indicato, mallet: *tranſibit*; quod tamen improbat Bunem.; & variis, clariſque exemplis Ms. Cod. lectionem tuetur.

e *Et huic Domui*. Ms. *huic Domi*.

f *Dereliquerunt*. Codex Bon. ubi ſupra: *reliquerunt*. Ms. heic: *derelinquerunt*.

g *Cruciaverunt illum*. Daviſius exponit. *Cruci affixerunt*; Hæc enim illi voci poteſtas interdum tributa dicitur apud Juſt. Lipſ. *de Cruce* Lib. III. At Noſter, qui ſæpe verbum hocce uſurpavit, ſemper in eo ſenſu adhibuit, ut indicaret: *tormentis afficere*. Vide Diſſ. XIII. cap. III. Art. I. §. III.

h *Pro hoc importavit*. Sic in Ms.Cod. Taur. At in Bon. L. C. *propter hoc inportavit*.

9

Quid enim [a] non merentur, qui Domi-

minum, qui ad ſalutem [b] ipſorum venerat, peremerunt?

a *Quid enim* &c. Pfaffius diverſo hæc charactere imprimenda curavit, quaſi Salomonis verba eſſent; quum tamen certum ſit, eſſe Lactantii.
b *Qui ad ſalutem*. Ms. *ad ſalute*.

C A P. XLVII.

1

POſt hæc detractum patibulo [a] corpus monumento condiderunt. Verum tertio die ante lucem, & terræ motu facto, ac revoluto [b] lapide, quo ſepulcrum clauſerant, reſurrexit. In ſepulcro autem nihil niſi exuviæ [c] corporis ſunt repertæ.

a *Patibulo*. Crucem intellige, ut Lib. IV. c. xix. ſeg. 6.
b *Ac revoluto lapide*. Qui ſcilicet Sepulchri oſtium occludebat.
c *Niſi exuviæ*. Scilicet linteamina, quibus convolutum fuerat Chriſti Domini Corpus.

2

Ipſum vero reſurrecturum die tertio jam olim Prophetæ fuerant prælocuti. David in Pſalmo XV. [a] *Non derelinques animum meam apud*

apud inferos, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Item Oſee [b] *Hic filius meus* [c] *ſapiens, propter quod nunc non reſiſtet in contributione filiorum ſuorum, & de manu inferorum eruam eum. Ubi eſt judicium tuum, mors, ubi eſt aculeus tuus?* Idem rurſus: *Vivificabit nos* [d] *poſt biduum die tertio.*

a *David Pſalmo XV.* Sic Lib. IV. cap. XIX. ſeg 8. niſi quod pro *ad Inferos*, ibi legitur: *apud Inferos*, ut nos edidimus.

b *Item Oſee.* Vide ubi ſupra ſeg. 9.

c *Hic filius meus.* Sic Ms. ſed Pfaffius, & Heum. *hic eſt filius meus.*

d *Vivificabit nos* &c. Ms. *vivificavit.* Daviſius hæc minime de Chriſto Domino, eſſe intelligenda contendit; ſed vide ibidem interpretes, & Patres.

3

Profectus igitur in Galilæam poſt reſurrectionem, diſcipulos ſuos rurſus, quos metus in fugam verterat, congregavit, datiſque mandatis, quæ obſervari vellet, & ordinata Evangelii prædicatione per totum orbem, inſpiravit in eos Spiritum Sanctum [a], ac dedit

a *Inſpiravit in eos Spiritum Sanctum.* Hæc cum iis conferenda ſunt, quæ annotavimus ad cap. XLIII. ſeg. 9. ſed animum adverte, non heic fieri mentionem de Spiritu Sancti miſſione, quæ poſt Chriſti Domini aſcen-

dit eis poteſtatem mirabilia faciendi ; ut in ſalutem hominum tam factis , quam verbis operarentur ; ac tum demum quadrageſimo die [b] remeavit ad Patrem, ſublatus in nubem.

---

aſcentionem in Cælos facta eſt; bene vero cum D.Auguſtino , & D. Jo. Chryſoſt. in cap. VII. ℣.9. Joh., & D. Ambroſ. in Luc. Lib. X. §. 180. intelligi poteſt,non ſolum donis Spiritus Sancti , ac poteſtate dimittendi peccata heic Jeſum donaſſe Apoſtolos ; verum etiam Spiritum Sanctum in eos miſiſſe inviſibiliter , eundem poſtea viſibiliter ignitarum linguarum ſpecie Sacra Pentecoſtes Die ad eos immiſſurum. Vide laudatos Eccleſiæ Doctores in cap. XX. Joh. ℣. 22.

b *Quadrageſimo Die*. Lib. IV. cap.XXI.ſeg. 1. *quadrageſimo poſt paſſionem die*. Item *de Mort. Perſec.*c. 11. ſeg. 2. *& dicbus quadraginta cum his commoratus* &c. Iccirco hanc eſſe veram lectionem judicamus , quam Amanuenſis librarii ignorantia corrupit , & Pfaffius , Walchius , & Heum. intactam reliquerunt. Vide Act. Apoſt. cap. 1. ℣. 3. Ne amplius legatur cum Ms. *quinquageſimo die*, confutiendo tempus Aſcenſionis Dominicæ cum Spiritus Sancti Miſſione .

4

Hoc Daniel Propheta [a] jampridem oſtenderat, dicens: *Videbam in viſu noctis, & ecce in nubibus cæli ut filius hominis venies uſque*

---

a *Daniel Propheta*. Hanc prophetiam apud Noſtrum reperies Lib. IV. cap. XII. ſeg. 12.

que[b] *ad antiquum*[c] *dierum pervenit , & qui aſſiſtebant , obtulerunt eum , & datum eſt ei regnum , & honor , & imperium , & omnes populi*[d]*, tribus , linguæ*[e] *ſervient ei*[f]*, & poteſtas ejus æterna , quæ nunquam tranſibit, & regnum ejus non corrumpetur*[g].

b *Et uſque*. Sic ibidem , & heic Codd. antiquiores. Heum. & Pfaffius copulam omiſerunt.

c *Antiquum*. Ms. *Anticum*. Loco ſuperius indicato legitur : *vetuſtum*.

d *Et omnes populi*. In Ms. *populis*.

e *Tribus* , *Linguæ* &c. Sic in utroque antiquiori Mss. Codd. , ſed heic in editis quibusdam , copula interpoſita a Pfaffio ſine neceſſitate reſcribitur.

f *Servient ei*. Ms. *ſervientes*.

g *Et regnum ejus non corrumpetur*. Sic etiam L. IV. cap. XII. ſeg. 12.

5

Item David in Pſalmo CIX[a]. *Dixit Dominus Domino meo : Sede ad dexteram, meam donec ponam inimicos tuos ſuppedaneum*[b] *pedum tuorum*.

CAP.

a *Item David in Pſalmo* CIX. Vide ubi ſupra ſeg. 17.

b *Suppedaneum*. Ms. *ſub pedaneum*.

CAP. XLVIII.

1

QUm igitur ad dexteram Dei ſedeat, calcaturus inimicos ſuos, qui eum cruciaverunt[a], quando ad judicandum orbem venerit[b], apparet, nullam ſpem reliquam eſſe Judæis, niſi converſi ad pœnitentiam, & a ſanguine[c], quo ſe polluerunt, abluti ſperare in eum cœperint, quem negaverunt. Ideo ſic dicit Heſdra[d]:

a *Cruciaverunt*. Confirmo hinc annotata ad cap XLVI. ſeg. 8. (g)

b *Venerit*: In Ms. *venerat*.

c *Et a ſanguine*. Ms. *ſanguinem*.

d *Dicit Heſdra*: cum adſpiratione aliquando in Codice etiam Bon., ac in aliis ſcriptum vidimus nomen hocce, ut eſt in Cod. Taurinenſi; ſed lege: *Eſdras*. Vide ad Lib. IV. cap. XVIII. ſeg. 16. (a)

2

Hoc Paſcha Salvator noſter eſt, & refugium noſtrum. Cogitate, & aſcendat in cor veſtrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno[a], *& poſt hæc ſperabimus in eum*[b]. Ex-

a *Humiliare eum in ligno*: In Ms. *humilare in ſigno*: Reſtituo lectionem ex loco proxime laudato.

b *Sperabimus in eum*. Sic ubi ſupra; at in Ms. *ſperavimus*, ſolita permutatione *V.* in *b*.

3

Exhæredatos autem eſſe Judæos, quia Chriſtum reprobaverunt, & nos, qui ſumus ex gentibus [a], in eorum locum adoptatos, ſcripturis adprobatur.

a *Et nos, qui ſumus ex gentibus*: Vide annotata ad Lib. IV. cap. X. ſeg. 5., & Lib. V. cap. XXIII. Al. XXII. ſeg. 14.

4

Hieremias ita dicit [a]. *Dereliqui domum meam, diviſi hæreditatem meam in manus inimicorum ejus. Facta eſt hæreditas mea mihi, ſicut leo in ſylva, dedit ipſa ſuper me vocem ſuam, ideo odivi eam.*

a *Hieremias ita dicit*: Lib. IV. cap. XX. ſeg. 5. *Hieremias* ex Cod. Bon. cum adſpiratione ſcribitur, verba autem hæc ibidem recitantur ſeg. 7.

5

Item Malachias [a]: *Non eſt mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, & ſacrificium*

non

non acceptum habebo ex manibus veſtris, quia a ſolis ortu uſque ad occaſum clarificabitur nomen meum apud gentes.

---

a *Item Malachias*: Lib. iv. cap. xi. ſeg. 8. hæc eadem leguntur, niſi quod ibidem pro *habebo*, legitur: *habeo*. Nomen autem prophetæ tam heic, quam ibidem antiquiores Mss. Codices exhibent *Malachiel*.

6

Eſaias quoque[a] ſic: *Venio colligere omnes gentes, & linguas, & venient, & videbunt claritatem meam.*

---

a *Eſaias quoque*. Vide ibidem ſeg. 10.

7

Idem alio loco[a] ex perſona Patris ad filium: *Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitiam, & tenebo manum tuam, & confirmabo te, & dedi te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, producere ex viculis alligatos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.*

CAP.

---

a *Idem alio loco*. Confer cum L.iv. c.xx. ſeg.12. Heic Ms. pro *vocavi te*, habet, *vocabi*, & quamquam

quam in fere omnibus editionibus omiſſa ſunt ea verba: *dedi te*; tamen illa in Ms. Cod. leguntur, & jubente Pfaffio Bun. reſtituit.

CAP. XLIX.

1

SI ergo Judæi a Deo rejecti ſunt, ſicut ſacrarum ſcripturarum fides indicat, gentes autem, ſicut videmus, adſcitæ, ac de tenebris hujus vitæ ſecularis, deque vinculis dœmonum liberatæ: nulla igitur alia ſpes [a] homini propoſita eſt, niſi veram religionem, veramque ſapientiam, quæ in Chriſto eſt, fuerit ſecutus, quem qui ignorat, a veritate, ac Deo ſemper alienus eſt.

a *Nulla igitur alia ſpes* &c. *niſi veram religionem* &c. *fuerit ſecutus*. Si priorem partem, inquit heic Daviſius, ita poſuit Noſter; in ſequentibus repræſentare debuit: *niſi*: *ut veram religionem ſequatur*. Ex Lib. IV. cap. XXVIII. ſeg. 1. Unde ſibi legendum viſum eſſe ait: *Nulla igitur vitæ, vel ſalutis ſpes homini propoſita eſt* &c. At Bunem. *Nihil muto*, inquit, pari enim modo dicitur Lib. IV. cap. XIX. ſeg. II. &c., cui libenter annuo.

2

Nec ſibi de ſummo Deo, vel Judæi, vel

vel Philoſophi blandiantur. Qui Filium non agnovit [a], nec Patrem potuit agnoſcere.

a *Qui filium non agnovit* &c. Ex Lib. IV. c. XXIX. Hæc demonſtratum habes, & expreſſe habetur Joh. VIII. ℣. 19. cap. XIV. ℣. 1., & 7. Epiſt. 1. cap. II. ℣. 23. Ac propterea non ſolum falſa, verum etiam divinis oraculis contraria illorum opinio eſt, qui extra Eccleſiam Chriſti æternam beatitudinem ſeductis promittunt: quemadmodum illorum ſententia, qui extra eandem, verum cultum Deo ſe exhibere poſſe, ſtultiſſime blandiuntur.

3

Hæc eſt ſapientia, & hoc myſterium ſummi Dei. Per illum ſe Deus & agnoſci & coli voluit. Ideo Prophetas ante præmiſit, qui de adventu ejus prædicarent, ut quum facta eſſent in eo, quæcumque prædicata ſunt [a], tunc ab hominibus & Dei filius & Deus crederetur.

Nec

a *Quæcumque prædicata ſunt* &c. Etſi prophetæ Hebræis miſſi fuerunt, & non paganis; non ideo tamen iſti ab infidelitatis crimine omnino immunes cenſendi ſunt; nam illorum patres ex eodem populo fuerunt, & eorundem plerique aut viderant, aut audierant, quæ a Deo & prædicta, & facta erant, ut nomen ſuum cunctis gentibus manifeſtaret.

Digitized by Google

4

Nec tamen ſic habendum eſt [a], tanquam duo ſint Dii. Pater enim, ac Filius unum ſunt [b]. Quum enim Pater Filium diligat, omniaque ei tribuat, & Filius Patri fideliter obſequatur, nec velit quicquam, niſi quod Pater, non poteſt utique neceſſitudo tanta divelli [c], ut duo eſſe dicantur, in quibus & ſubſtantia [d], & voluntas, & fides una eſt. Ergo

a *Nec tamen ſic habendum eſt*. Phraſis Ciceroniana, ut bene heic notavit Bunem. ex Lib. III. de N.D. cap. XXXVI.

b *Pater enim, ac filius unum ſunt*. Scilicet *unitate naturæ*; non *perſonæ*, & iccirco *unum* dicitur, non *unus*. Vide Interpretes, & PP. ad cap. X. ℣. 30. S. Joh.

c *Neceſſitudo tanta divelli*. Vide ad L. IV. c. XXIX. ſeg. 11.

d *In quibus & ſubſtantia* &c. Sic in Ms. At in editione prima, copula deſideratur. Daviſius heic ait: *Ita loquitur Noſter, quia pro ipſius ſententia, Deus de divino, ac perenni Spiritu ſuo filium ſibi progenuit, ac propterea de ſua ſubſtantia. Vide ad Epitomes hujuſce cap. XLII. Quin & Angelos, ac animas humanas pariter ex Dei Spiritibus natas eſſe ſtatuit. Vide Div. Inſt.* Lib. II. cap. XIII. Lib. IV. cap. VI. VII. & Lib. VII. cap. XII. In quibus tamen quam longiſſime abeſt non ſolum Lactantius ab erroribus, ſed Daviſius a veritate. De nulla enim creatura Lactantius dixit: in iis eſſe ean-

eandem *ſubſtantiam*, eandem *voluntatem*, *eandem fidem*; id eſt: *veritatem*, ſicuti ſapienter de Patre,& filio in divinis prædicavit; ut ex collatis locis demonſtravimus Diſſ. xxix. cap. iiiv. §. vi.

5

Ergo & Filius per Patrem, & Pater per Filium. Unus eſt honos utrique tribuendus tanquam uni Deo, & ita dividendus eſt per duos cultus, ut diviſio ipſa compage inſeparabili vinciatur [a]. Neutrum ſibi relinquet [b], qui aut Patrem a Filio, aut Filium a Patre ſecernit.

a *Ut diviſio ipſa compage inſeparabili vinciatur*. Heuman. ſuo met arbitrio ait: *Lego: ſuos . . . vinciat*; ſed male; nam ſenſus eſt, ita ab hominibus eſſe Patrem, ac filium diviſo cultu colendos, ut non tamquam duo Dii colantur; ſed ut unum in ſubſtantia, & natura, quamquam duplex ratione perſonarum. Vide L. IV. cap. xxix. a ſeg. ii.

b *Neutrum ſibi relinquet*. Sicin Ms.Daviſ.,Heum., & Bunem. *relinquit*, quia ſequitur: *ſecernit*.

CAP. L.

1

SUpereſt reſpondere etiam iis [a], qui putant inconveniens fuiſſe, nec habere [b]

rationem, ut Deus mortali corpore indueretur, ut hominibus ſubjectus eſſet, ut contumelias ſuſtineret, cruciatus etiam, mortemque pateretur.

a *Etiam iis*. In Ms. *etiam is*.

b *Nec habere*. Daviſius legendum cenſuit: *nec habuiſſe*: Scilicet: *ne perperam confundantur tempora*. ſed nulla hinc confuſio oritur, quum æque excludatur, & præteritum, & præſens; cujus loquendi formæ paſſim apud bonos exempla occurrunt.

2

Dicam, quod ſentio, & rem immenſam paucis, ut potero, ſubſtringam [a]. Qui aliquid docet, debet, ut opinor, facere ipſe, quæ docet, ut cogat homines [b] obtemperare. Nam ſi non fecerit, præceptis ſuis fidem derogabit [c]. Exem-

a *Paucis, ut potero, ſubſtringam*. Sic in præfatione hujus operis: *diffuſa ſubſtringere*.

b *Ut cogat homines*: Non coactione, quæ lædat libertatum, ſed quæ auferat excuſationem.

c *Præceptis ſuis fidem derogabit*. Ms. *derogavit*. Daviſius heic annotat: uſitatius dici: *præceptis fidem detrahere*. Bunem. non adeo inuſitatum eſſe cenſuit, ſicut Daviſio viſum eſt; & exempla adducit Quintil. Plinii, Apuleji, Cypriani, atque Arnobii. Sed ut alios taceam, adde Ciceronem *in Orat. pro Flacco* §. IX. ubi ait: *Ne quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem*.

3

Exemplis igitur opus eſt, ut ea, quæ præcipiuntur, habeant firmitatem, & ſi quis contumax extiterit, ac dixerit, non poſſe fieri, præceptor illum præſenti opere convincat. Non poteſt ergo perfecta eſſe doctrina, quum verbis tantum traditur, ſed tum perfecta eſt, quum factis adimpletur [a].

a *Quum factis adimpletur*. De doctrina morum heic ſermo eſt; quæ exemplis magis, quam verbis traditur; unde Chriſtus apud S. Matth. XI. 29. ait: *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Nec aliter Paullus, cæterique diſcipuli ejus, atque Apoſtoli diſciplinam eandem coluerunt.

4

Chriſtus itaque quum doctor virtutis ad homines mitteretur, utique ut doctrina ejus perfecta eſſet, & docere, & facere debuerat. Sed, ſi corpus hominis non induiſſet, non poſſet facere, quæ docebat [a], id

O 2 eſt,

a *Non poſſet facere, quæ docebat* &c. Sic in Ms. quamvis Pfaffius ediderit: *non potuiſſet*: quem ſecuti ſunt Walchius, Heum., & Langletius; non autem Davi-

eſt, non iraſci, non cupere divitias, non libidine inflammari, dolorem non timere, mortem contemnere . .

Daviſius, & Bun., qui bene norunt, imperfectum pro pluſquam perfecto eleganter a ſcriptoribus uſurpari. Ne autem credas hoc a Lactantio adductum eſſe, tamquam unicum motivum ad hoc, ut divinum Verbum, mortale corpus indueret, ſicuti Daviſius heic, & alii ad Lib.IV. cap.XXII. ſeq. annotarunt; ſed vide L. C. a ſeg.3.ſeqq. hocce argumentum eloquentiſſime pertractatum.

5

Hæc ſunt utique virtutes [a], ſed fieri [b] ſine carne non poſſunt. Ergo ideo incorporatus eſt [c], ut quum vincenda eſſe carnis deſideria doceret, ipſe faceret prior, ne quis excuſationem de carnis fragilitate [d] prætenderet. CAP.

a *Hæc ſunt utique virtutes*. Illæ nimirum, de quibus hactenus locutus fuerat; ac propterea non eſt quare cum Anym. Brittano legas: *Hæ ſunt .... virtutis*. Aut cum Heum. *Hæ ſunt ... virtutes*.

b *Sed fieri* &c. Ms. *ſet fieri*: Nempe *t* pro *d* ut ſæpe tam in hoc, quam in veteri Ms. Cod. B. notavimus.

c *Ideo corporatus eſt*. Pfaffius, Walch., Daviſ., Heum., legere maluerunt: *ideo incorporatus eſt*: ſed melius Bunem., & Langletius Ms. Cod. lectionem ſervarunt, quæ eadem eſt ac L.IV. cap.XXVI.ſeg.26.

d *De carnis fragilitate*. I. E. *e carnis fragilitate* quas

quas præpoſitiones promiſcue adhibere Noſter conſuevit.

CAP. LI.

1

DIcam nunc de ſacramento crucis [a], ne quis forte dicat: ſi ſuſcipienda illi mors fuerat, non utique infamis, ac turpis [b], ſed quæ haberet aliquid honeſtatis.

a *De Sacramento Crucis*. I. E. De occulta ratione, propter quam Chriſtus Dominus Crucis potius, quam alterius mortis genus elegit.

b *Non utique infamis, ac turpis*. Ms. *utuque*. Pfaffius bene vocem reſtituit; ſed male de ſuo addidit: *eſſe debuiſſet*. Quæ verba ſunt ſupervacanea.

2

Scio equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere, a veritate, quum in ea [a] & ratio magna ſit & Poteſtas. Nam quum ad hoc miſſus eſſet, ut humillimis qui-

 buſ-

a *Quum in ea* &c. Scilicet in *Cruce*, ut ſcite notat heic Bun., & ante ipſum Heum. ex Lib. IV. c. XXVI. ſeg. 1.

buſque[b] viam panderet ad ſalutem, ſe ipſe humilem fecit[c], ut eos liberaret.

b *Ut humillimis quibuſque.* Hoc eſt infimæ etiam plebis hominibus,& abſolute omnibus,ſe aliis tumide non præferentibus: Scriptum eſt enim: *II. D. Petri Epiſt.* cap. v. ℣. 5. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam*.

c *Se ipſum humilem fecit*. Ad Philip. cap. II. ℣. 8. ſcripſit Apoſtolus de Chriſto: *Humiliavit ſemet ipſum factus obediens uſque ad mortem* &c.

3

Suſcepit ergo id genus mortis, quod ſolet humilibus irrogari[a], ut omnibus facultas da-

a *Humilibus irrogari.* Vide Lipſium Lib. I. c. XII. *de Cruce*, qui cap. ſequenti referens Noſtri verba,quæ leguntur Lib. IV. cap. XXVI. ſeg. 29. ubi de hoc ſupplicio loquens ait: *quod etiam homine libero, quamvis nocente videatur indignum: Sed frenanda*, inquit, *ea aſſertio eſt: & Cive quidem indigna Crux; nec credo uſurpatam in eos, niſi præter leges, & per ſævitiam: viliores liberi, & provinciales, non ab ea profecto immunes*. At ſatis frenata erat Noſtri aſſertio per verbum *videatur*. Potius itaque hocce monitum dandum erat lectoribus cap. a nobis indicato, ubi plurima retulit exempla, quibus oſtenditur, crucem apud Romanos: *ſervile ſupplicium* dici ita conſueviſſe, ut ſervis peculiare eſſe, etiam crucis nomine ſuppreſſo, intelli-

Digitized by Google

daretur imitandi. Præterea quum eſſet reſurrecturus, amputari partem corporis ejus fas non erat, nec os infringi, quod accidit iis, qui capite plectuntur. Crux ergo potior fuit, quæ reſurrectioni corpus integris oſſibus reſervavit [b].

---

telligatur. At hæc eſt criticorum conditio, ut ſæpe alios in iis perſtringant, in quibus ipſi graviſſime peccant.

b *Integris oſſibus reſervavit*. Ms. *reſervabit*. Davifius heic, ſicuti alii quidam ad Lib. IV. cap. xxvi. ſeg. 33. Noſtrum reprehendunt, quaſi ignoraſſet, poteſtatem illam divinam, qua Chriſtus reſurrexit, oſſa fracta conglatinare, & corpus mutilum redintegrare potuiſſe. Et quod mirabilius eſt, eidem vitio vertunt, quod expoſitioni mentis ejus erat aptiſſimum, ſi recte intellexiſſent verba ipſius, & artem noviſſent perfecti Oratoris, qui ad id ſuadendum, quod potiſſimum intendit, viam expeditiorem eligit, & ea ſe parte in animum legentium, aut audientium inſinuat, quæ minus eſt difficultatibus obnoxia. Vide dicta, & indicata ad L. C.

4

His etiam illud accedit [a], quod paſſione, ac morte ſuſcepta, ſublimem fieri oportebat [b]. O 4 Adeo

---

a *Etiam illud accedit*. Ms. *accepit*.

b *Sublimem fieri oportebat*. Apud Joh. III. ℣. 14. XII. ℣. 32.

5

Adeo illum crux & re, & ſignificatione exaltavit, ut omnibus majeſtas ejus, ac virtus cum ipſa paſſione notuerit. Nam quod extendit in patibulo manus, utique alas ſuas in Orientem, Occidentemque porrexit, ſub quas univerſæ nationes ab utraque mundi parte, ad requiem convenirent a.

Quan-

a *Alas ſuas* &c. L. IV. cap. XXXVI. ſeg. 36. *ſub alas ſuas* magnum populum eſſe venturum, Chriſti Corpus in Crucem elevatum, indicaſſe, docuerat Noſter; nam quum *Alæ* non ſolum dicantur pennæ, quibus volucres per aerem moventur; verum etiam partes illæ concavæ, quas homines ſub bracchiis habent, (*axillas* appellant;) & hæc pateant, bracchiis in Crucem expanſis, aptiſſime ſub iis congregari dicuntur, qui in Chriſtianam militiam nomen dant; ſicuti ſub vexillo proprii ducis adunatos dicimus omnes, qui ſtipendia merentur. Quod quum ignotum eſſet Daviſio: *Hujuſmodi*, inquit, *commenta, pia fortaſſe, ſed non nimium ſolida, multis veterum placuere* &c. Inter quos non vidit, ſe etiam Chriſtum ipſum temere traduxiſſe, utpote qui apud Matth. XXIII. ℣. 37. ait: *Jeruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Vide Auguſt. Lib. I. cap. XXXVI. *de quæſt. Evang*,

6

Quantum autem valeat hoc ſignum, & quid habeat poteſtatis, in promptu eſt [a], quum omnis dæmonum cohors hoc ſigno expellitur, ac fugatur [b].

---

a *In promptu eſt*. Ms. *in promptum*. Non *in promtum* ſine *p*. ut Daviſius; & alii Germani perperam patrio more ſcripſerunt. Lagletius optime reſtituit.

b *Expellitur, & fugatur*. Heum. ſcribendum cenſuit: *expellatur, ac fugetur*.

7

Et ſicut ipſe ante paſſionem dœmonas verbo, & imperio proturbabat, ſic nunc [a] nomine

---

a *Sic nunc* &c. Bunem. *Præterea*, inquit, *particula præſentis temporis*: Nunc:Sic nunc . . . exiguuntur: *prodit, nondum ſæculo tertio ceſſaſſe donum Signo Crucis expellendi Dæmones*; *licet aliud tradiderit C. Schlichterus in Infernalibus demonſtrationibus* germanico idiomate vulgatis an. MDCCXXXVIII. Jam ita Lactantius Lib. IV. cap. XXVII. ſeg. 2. *Ita nunc - Signo Paſſionis excludunt*. *Adde Lib. V. Inſt.* cap. XXI. ſeg. 4. 6. Notanda ſane Sectariorum ignorantia ſimul atque impudentia; Siquidem quum non ſolum Eccl. Patres primorum quinque ſæculorum; verum etiam ex ipſis nonnulli, virtutem S. Crucis predicent, atque cultum illi religioſum

mine, ac ſigno paſſionis ejuſdem ſpiritus immundi, quando in corpora hominum irrepſerint [b], exiguntur, quum extorti, & excruciati, ac ſe dœmonas confitentes verberanti ſe Deo cedunt [c].

Quid

ſum a fidelibus exhibitum, demonſtrent; hæc tamen III. ſæculo ceſſaſſe (etſi Lactantius IV. attigerit) ſunt mentiti; ac idololatriæ ſcelere inſimulare, non verentur in nobis, quod religioſum, ac ſalubre fatentur in iis, qui nos ætate præceſſerunt. Quod quum alii inter eos repugnare noviſſent, vel omnino negant, S. Cruci a Chriſto virtutem tributam eſſe ullam, ac proinde neque cultum a fidelibus accepiſſe aliquando; aut Dœmonibus ipſis adſcribunt miranda illa, quæ per virtutem ejus patrata ab innumeris teſtibus narrantur. Hinc vanos, mendaces, impios, atque etiam inexcuſabiles ſe produnt; nec mirum ſi a Dœmonibus tantopere exagitantur; nam, ut S. Auguſtinus ait: *Qui Crucem ejus irrident, a Dœmonibus, tamquam a beſtiis vorantur*. In Pſal. XLVI. Quando ex adverſo iidem perverſi Spiritus ad Crucis manu etiam ethnica, aut Judaica efformatæ aſpectum, in fugam actos eſſe, luculenter demonſtrat Gretſerus *de Cruce* L. IV. c. XLIII. & admirandam tantæ poteſtatis cauſſam indicat Auguſtinus in Lib. LXXXIII. *Quæſt.* LXXIX. n. 4. Vide Diſſ. Noſtram XXXI. cap. IV. ſeg. VII.

b *Irrepſerint*. Ms. *inrepſerint*. Pfaffius: *irrepſerunt*.

c *Verberanti ſe Deo cedunt*. Ms. *cædunt*. Vide Lib. II. cap. XVI. ſeg. 3. ſeq., & Lib. IV. cap. XXVII. ſeg. 9.

8

Quid ergo ſperaverint de ſuis religionibus, cumque ſua ſapientia [a] Græci, quum videant, deos ſuos, quos eoſdem dœmonas eſſe non negant, per crucem ab hominibus triumphari?

---

a *Cumque ſua Sapientia.* Lectio iſta quibusdam corrupta viſa eſt, & ideo Daviſius legendum cenſuit: *omnique ſua Sapientia*. Anonym. Brittan. *inque ſua Sapientia*. Heum. *deque ſua Sapientia*. Ego vero cum Bunem. & Langletio, nihil muto. Nam verba illa hunc mihi planiſſimum ſenſum præſeferunt. Quid ergo Græci ſperaverint de ſuis religionibus, & cum ſua Sapientia &c. Non video.

C A P. L I I.

1

Una igitur ſpes hominibus vitæ eſt [a], unus portus ſalutis, unum refugium liber-

---

a *Una igitur ſpes hominibus vitæ eſt*. Ms. *Vita eſt*: Vide Lib. IV. cap. XXVIII. ſeg. 1. Heic tamen nota, apud Latinos *ſpes una*, idem valere, ac *ſpes ſumma*, *præcipua*, *maxima*. Virgil. Lib. XII. æn. ℣. 57.

. . . . *Spes tu nunc una, Senectæ*
Tu requies miſeræ; *decus, imperiumque Latini*.
Te

libertatis, ſi abjectis, quibus tenebantur, erroribus, aperiant oculos mentis ſuæ, Deumque cognoſcant, in quo ſolo domicilium veritatis eſt, terrena, & de terra ficta contemnant, Philoſophiam, quæ apud Deum ſtultitia eſt, pro nihilo computent, & vera ſapientia [b], id eſt, Religione ſuſcepta, fiant immortalitatis hæredes.

At

Te penes; in te omnis domus inclinata recumbit. Talis autem dictio non excludit aliam omnem ſpei rationem, quam homo habere poſſit, illi præcipuæ, & maximæ veluti appendicem: Unde idem Lib. XI. ℣. 308.

Spem, ſi quam adſcitis Aetolum habuiſtis in armis,
Ponite; ſpes ſibi quiſque; ſed hæc, quam anguſta, videtis.

Hinc facile eſt intelligere, quomodo nos, qui æternam vitam a Deo per merita Jeſu Chriſti ſperare debemus, tamquam ab authore illius; ſperare tamen poſſimus per interceſſionem Sanctorum, ac in primis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, ea eſſe conſecuturos, quæ ad illam adipiſcendam ſunt ordinata; hoc enim ſecundum phraſim Apoſtolicam: eſt: *ſperare in ſanctis in Domino*: ut ad Galat. V. ℣. 10. ſcripſit D. Paulus: *Ego confido in vobis in Domino* &c. Vide S. Thom. Sec. ſecundæ Q. XVII. Art. IV.

b *Et vera ſapientia*: Ms. *ſed vera ſapientia.* Quam lectionem Anon. Brittannus non incongrue propugnat.

2

At enim [a] repugnant non tam veritati, quam propriæ ſaluti; quumque hæc audiunt, velut aliquod inexpiabile nefas deteſtantur.

a *At enim*: Ms. *Adenim*: Sic aliquando in Cod. Bon.

3

Sed ne audire quidem patiuntur [a]; violari aures ſuas ſacrilegio putant, ſi audierint [b], nec jam maledictis abſtinent, ſed quantis poſſunt, verborum contumeliis inſectantur, iidemque, ſi poteſtatem nacti fuerint [c], velut hoſtes publicos [d] perſequuntur; immo

a *Sed ne audire q. patiuntur*: Bunemanno placet Heumanni conjectura, qui locum hunc depravatum putans emendat: *ſed ne audiunt q. patienter .... putantes* &c. affert autem ad confirmationem ea, quæ habentur Lib. v. c. I. ſeg. I. Ad quem librum breviandum jam Author hinc gradum facit.

b *Sacrilegio putant, ſi audierint*. Sic cum Bunemanno ſola coma diſtinguimus, quæ in Pfaffiana editione puncto dividuntur. Nobiſcum ſentit Daviſius.

c *Iidemque, ſi poteſtatem nacti fuerint*. In Ms. *idemque .... acti fuerint*.

d *Velut hoſtes publicos*. Heum. addit: *nos*.

immo etiam plus quam hoſtes, quorum, quum bello victi fuerint, aut mors, aut ſervitus pœna eſt, nec ullus poſt arma depoſita cruciatus [e]; quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluerunt. Et inter mucrones locum pietas habet [f].

e *Nec ullus poſt arma depoſita cruciatus*. Ms. *Nec ullis* &c. Quæ lectio contemnenda non eſt; poteſt enim recte dici: *nec ullis victis infertur cruciatus a victoribus, poſt quam illi depoſuerint arma*: ut Belli jura præcipiunt, Vide Lib. v. cap. IX. ſeg. 3.

f *Et inter mucrones locum pietas habet*. Pfaffius, & Walchius ediderunt: *ut inter* &c. Daviſ. aliquando reſcribendum cenſuit: *ne inter*; ſed poſtea in addendis una cum Bunem. aliiſque legi jubet: *& inter* &c. ut legitur in Ms. mutando Tò *haberet* illius in *habet*. Vide Lib. v. loco proxime laudato.

4

Inaudita eſt [a] crudelitas, quum innocentia [b] nec victorum hoſtium conditionem mereretur. Quæ tanta hujus furoris [c] eſt cauſſa

a *Inaudita eſt*: Anonym. Brittannus: mallet: *At inaudita*.

b *Quum innocentia*: Comam, quam Pfaffius præcedere hiſce verbis fecit, poſponunt alii, & quidem bene; alias enim ſenſus eſt conturbatus.

c *Quæ tanta hujus furoris* &c. Sic in Ms., & ſic ſæpe Cicero, ac Noſter; unde non eſt cur cum Daviſio legatur: *Quæ tanti*. Ms. *que*.

cauſſa? Scilicet, quia ratione congredi non queunt, violentia premunt, incognita cauſſa[d] tanquam nocentiſſimos damnant, quia conſtare[e] de ipſa innocentia noluerunt.

d *Incognita cauſſa*. Heum. *& inaudita* &c. Servamus Ms. lectionem.

e *Qui conſtare*. Sic Ms. At laudabilis eſt Daviſii conjectura, qui ex Superioribus mallet; *quia conſtare*. Vide L. V. cap. 1. a ſeg. 4. ſeq.

5

Nec ſatis putant ſi celeri[a], ac ſimplici morte moriantur, quos irrationabiliter[b] oderunt, ſed eos exquiſitis cruciatibus lacerant, ut expleant odium, quod non peccatum aliquod, ſed veritas parit[c]: quæ icirco male viventibus odioſa eſt, quia ægre ferunt, eſſe aliquos, quibus facta eorum placere non poſſunt. Hos omni modo cupiunt extinguere, ut poſſint[d] libere ſine teſte peccare.

CAP.

a *Si celeri*. Walchius: *ſi ſceleri*: Vide ubi ſupra cap. XII.

b *Irrationabiliter*. Vox Bunem. ſuſpecta, de qua infra ad cap. LXI.

c *Sed veritas parit*. Adagium Terentianum, de quo vide ad Lib. V. cap. IX. ſeg. 6., & ibidem c. XXII. ſeg. 1.

d *Ut poſſint*. Heum. ſic legendum putat, ut jam ediderat Daviſius; nec aliter in Ms. etſi in editione Pfaffiana ex errore typographico irrepſerit: *ut poſſunt*.

CAP. LIII.

1

SEd hæc facere ſe dicunt, ut deos ſuos defendant. Primum ſi dii ſunt, & habent aliquid poteſtatis [a], ac numinis, defenſione hominis [b], patrocinioque non indigent; ſed ſeipſos utique defendunt [c].

a *Et habeant aliquid poteſtatis*. Ms. *aliquod*.
b *Defenſione hominis*. Ms. *defenſionem*.
c *Utique defendent*. Ms. *defendunt*.

2

Aut quomodo ab iis homo ſperare auxilium poteſt, ſi ne ſuas quidem injurias poſſunt vindicare. Stultum igitur, & vanum, deorum eſſe vindices velle, niſi quod ex eo magis apparet diffidentia [a].

a *Magis apparet diffidentia*. Vide annotata ad L. II. cap. IV. ſeg. 23. nota (c).

3

Qui enim patrocinium Dei, quem colit, ſuſci-

ſuſcipit ; illum eſſe nihil ᵃ confitetur ; ſi autem ideo colit , quia potentem arbitratur , non debet eum velle defendere , a quo ipſe eſt defendendus .

---

a *Illum eſſe nihil* . Ms. *nihilo* . Daviſius : *Lege* , inquit , *nihili* , id quod exigit latine ſcribentium conſuetudo quam lectionem confirmare potuiſſet ex Lib. I. cap. XI. ſeg. 16. etſi *eſſe nihili* : etiam latine dicitur de rebus nullius prætii. Prudentius *in Periſteph.* ὑμ. xc. appoſite canit :

Iſis , Apollo , Venus nihil eſt ,
Maximianus & ipſe nihil .
Illa nihil quia facta manu :
Hic manum quia facta colit .
Frivola utraque , & utraque nihil .

4

Nos igitur recte ᵃ . Nam quum iſti defenſores falſorum deorum adverſus verum Deum rebelles , nomen ejus in nobis perſequuntur , nec verbo repugnamus ; ſed mites , & taciti , & patientes perferimus omnia , quæcunque adverſus nos poteſt crudelitas machinari . Habemus enim fiduciam in Deo , a quo expectamus ſecuturam protinus ultionem . Nec eſt inanis iſta fiducia .

---

a *Nos igitur recte* . Heum. *videtur* , inquit , *aliquid excidiſſe verborum* ; ſed ellipſim eſſe putat Bunem. quibuſdam adductis Lactantii exemplis .

5

Siquidem eorum omnium, qui hoc facinus auſi ſunt, miſerabiles exitus [a] partim cognovimus, partim videmus. Nec ullus habuit impune [b], quod Deum læſit; ſed qui ſit verus Deus [c], qui verbo diſcere noluit, ſupplicio ſuo didicit.

---

a *Miſerabiles exitus, partim cognovimus, partim videmus*. Sic ex Ms. Pfaffius, & Walchius; At Davius, Heum., & Bunem. legere malunt: *vidimus*. Quam lectionem minime probamus, quoniam dum hæc ſcribebat Lactantius nondum noviſſe, aut vidiſſe poterat Perſecutorum omnium infelices exitos, ut ipſemet ſeg. ſuperiori oſtendit, quum ait: *Habemus enim fiduciam in Deo, a quo expectamus ſecuturam protinus ultionem*. Tamen Diſſ. XI. §. XVII. eam lectionem recepimus, & opinionem illi innixam indicavimus, quia etſi omnes non erant de medio ſublati, percuſſi tamen a Deo tunc fuiſſe videntur, quum protinus Noſter ultionem expectaret, & per Tò *videmus* quaſi ſub oculis illam ſe habere demonſtret.

b *Nullus habuit impune*. Sic de Nerone ait in Lib. de M. P. cap. II. ſeg. 7. confirmant hæc ſuperius annotata.

c *Sed qui ſit verus Deus*. Ms. *ſet qui ſit*. Pfaffius; *& qui ſit*. Heum. *quis ſit*. Bunem. *at qui ſit*. Elige quam mavis; nos a Ms. nam recedimus.

6

Vellem ſcire, quum invitos adigunt ad ſa-

ſacrificium, quid ſecum habeant rationis, aut cui præſtent, quod faciunt. Si diis, non eſt ille cultus, nec acceptabile ſacrificium, quod fit ingratis [a], quod extorquetur per injuriam, quod eruitur per dolorem. Si autem ipſis, quos cogunt, non eſt utique beneficium, quod quis ne accipiat [b], etiam mori mavult.

a *Quod ſit ingratis.* Heum. dictum putat pro *ingratiis* ex Parei *Lex.Crit.* & Bunem. id confirmat ex L. II. cap. IX. 25. ſuæ editionis; Noſtræ vero cap.XI.ſeg.25., ubi *ingratis*, expoſuimus pro *invitis*; heic tamen adverbium eſt, & idem valet ac *invite*.

b *Quod quis ne accipiat*. Ms. *nec accipiat*.

7

Si bonum non eſt [a], ad quod me vocas, cur malo invitas? cur non verbis, ſed verberibus? cur non ratione, ſed cruciatibus corporis? Unde apparet malum eſſe illud, ad quod non illicis [b] volentem, ſed trahis recuſantem.

 Quæ

a *Si bonum non eſt*. Daviſius, & Bunem. particulam negantem delent ex Lib. V. cap. XX. ſeg. 11. unde hæc deſumpa videntur; ſed lectio Noſtra Authoris mentem optime exprimit; nec mutandam eſſe judicamus; dependet enim aſſertum hocce a ſuperioribus, quibus ſtatutum eſt, invitos agere ad ſacrificandum, nec cultum Diis gratum, nec beneficium collatum iis, qui illos tali pacto colere cogebantur, dici poſſe.

b *Non illicis*. Ms. *non in licis*.

❦ 8 ❦

Quæ ſtultitia eſt, conſulere velle nolenti? An ſi aliquis [a] prementibus malis ad mortem confugere conatur [b], num potes; ſi aut gladium extorſeris, aut laqueum ruperis, aut præcipitio retraxeris [c], aut vene-

ne-

---

a *An ſi aliquis . . . . . num potes* &c. Prima particula viſa eſt aliquibus ſuperflua; ſed nota pleonaſmum eſſe, quo ſæpe latini utuntur ad vim orationi augendam.

b *Confugere cogatur*. Pfaffius ſecundis curis ſic cum Ms. legit, corrigendo lectionem prius vulgatam: *conatur*, quam nihilominus Bunem. retinuit. Daviſius heic Lactantium reprehendit, quod bonam cauſam male defenderit, & quod ſit perperam ratiocinatus; nam, ut ait Seneca Lib. V. *de Benef.* cap. XIX. ſeq. *Non eſt, quin beneficium ſit, etiam invito prodeſſe.* Sed revera vim argumenti non eſt aſſecutus, quæ ad hominem, ut ajunt, contra Stoicos magna eſt, ac ineluctabilis, ſecundum ea, quæ dicta ſunt L.III.c.XVIII. & ſeq. Iccirco appoſite Bunem. heic recitavit illud Senecæ *in Phœniſſa*: ſeu in *Thebaid.* A. I. Scen. 1. a ℣. 98. ſeq.

. . . . Qui cogit mori
Nolentem, in æquo eſt, quique properantem impedit.
Occidere eſt, vetare cupientem mori
Nec tamen in æquo eſt: alterum gravius reor.
Malo imperari, quam eripi mortem mihi.

c *Aut præcipitio retraxeris*. Heum. addit præpoſitionem: *a præcipitio*; quæ poteſt abeſſe.

nenum effuderis, conſervatorem te hominis gloriari, quum ille, quem ſervaſſe te putas, nec gratias agat, & te male ſecum arbitretur egiſſe, quod mortem ſibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum pervenire non ſinueris [d]?

d *Non ſinueris*. Sic in Ms. ſed male, unde Pfaffius putat ſcriptum fuiſſe forma antiqua: *ſineris*. Heum. *ſiniveris*. Daviſ. *ſiveris*: quæ eſt lectio cæteris præponenda etiam ex judicio Bunemanni.

9

Beneficium enim non ex qualitate rei debet, ſed animo ejus [a], qui accipit, ponderari. Cur pro beneficio imputes, quod mihi maleficium eſt?

 Vis

a *Sed ex animo ejus*. Sic in Ms. Walchius præpoſitionem omiſit, & Heumanno anſam præbuit, ut aſſereret, ſe illam adjeciſſe, quum in Ms. non reperiretur. Daviſius vero ait: *Iterum labitur Noſter; nec ſatis perſpectam videtur habuiſſe beneficiorum naturam. (Forſan quia nulla acceperat, ut ex Euſebio diſcimus) ea enim potius ex animo dantis æſtimantur, ac invitis, & ingratis poſſunt conferri; licet ii ſumma benefacta vel in malefactis numerent, vel parvi faciant*. Beneficium itaque fuiſſet Daviſio, ſi delirus aliquis, aut amens ex animo putaſſet, eidem beneficere, eum dolentem, ac renuentem verberando, ac ad venenum bi-

bibendum adigendo? Altior eſt Beneficii ratio, quæ non ſolum animum reſpicit ſive dantis, ſive recipientis; ſed in eo maxime ſita eſt; ut non minus dare deceat, quam recipere. Vide Senecam, ad quem Daviſius provocat eodem Lib. II. *de Benef.* cap. XVI., & confer cum iis; quæ mox heic ſequuntur.

10

Vis me deos tuos colere, quod ego mihi mortiferum duco. Si bonum eſt, non invideo. Fruere ſolus bono tuo. Non eſt quod velis errori meo ſuccurrere, quem judicio, ac voluntate ſuſcepi [a].

a *Quem judicio, ac voluntate ſuſcepi*. Non temere, non inconſulto; ſed volens, ac prudens.

11

Si malum, quid me ad conſortium mali rapis? *Utere ſorte tua* [a]. Ego malo in bono mori, quam in malo vivere.

a *Utere ſorte tua*. Sic Virgilius Æn. XII. ℣. 932.

CAP. LIV.

1

HÆc quidem juſte dici poſſunt. Sed quis audiet, quum homines furioſi & impoten-

tentes [a] minui dominationem ſuam putent, ſi ſit aliquid[b] in rebus humanis liberum.

---

a *Furioſi, & impotentes*. Bun. huic annotat: *dicuntur impotentes, qui in magna licentia non moderantur ſibi, ſed affectuum ſervi, quovis impelluntur motu, atque ira, in ſe ipſos imperium nullum habent*; Heic tamen *ſuperbos* potiſſimum, atque *iracundos* denotare apparet hujuſmodi vocabulum.

b *Si ſit aliquid*. Ms. *ſi ſit*.

2

Atquin religio ſola eſt[a], in qua libertas domicilium collocavit. Res eſt enim præter cæteras [b] voluntaria, nec imponi cuiquam neceſſitas poteſt, ut colat, quod non vult. Poteſt aliquis forſitan ſimulare, non poteſt velle.

---

a *Atquin religio ſola eſt*. Sic in Ms. & bene, ut alibi notavimus. Pfaffius & alii: *atqui*. Daviſius: *atqui religio ſola res eſt*. Quibus merito repugnat Bunem.

b *Præter cæteras*. I. E. *præ ceteris*, ut jam alibi me notaſſe memini.

3

Denique quum metu tormentorum aliqui, aut cruciatibus victi ad execranda ſacrificia conſenſerint [a], nunquam ultro faciunt, quod

neceſſitate fecerunt, ſed data rurſus facultate, ac reddita libertate, referunt ſe ad Deum, eumque precibus, & lacrymis placant [b], agentes, non voluntatis, quam non habuerunt; ſed neceſſitatis, quam pertulerunt, pœnitentiam, & venia ſatisfacientibus [c] non negatur.

---

a *Conſenſerint*. Heum. *non dubito*, inquit, Lactantium ſcripſiſſe: *conſenſerunt*; ſed præcedente particula *quum* certum eſt, potius Heumannum, quam librarium erraſſe.

b *Et lacrymis placant*. Ms. *placat*.

c *Et venia ſatisfacientibus*. Daviſius explicat: *culpam deprecantibus*; *& pro Eccleſiaſticæ diſciplinæ norma, dolorem teſtantibus*. Heum. vocem Eccleſiaſticam appellat, & Lectorem ablegat ad Lib. VI. 24. 1. Sed vide quæ a nobis ſunt ibidem annotata, & Ciceroniano exemplo ibidem adducto adde illud Nicolai Perotti monitum, ubi de hoc verbo agit *in Corn. L.L.* inquiens: *Satis autem accipere dictum eſt eodem modo, quo & ſatis facere; nam quod id, quo quis contentus eſt, ei præſtabat, ſatis fieri dictum eſt.*

4

Quid ergo promovet, qui corpus inquinat, quando immutare non poteſt voluntatem? At enim [a] homines inanis cerebri, ſi quem

quem fortem adegerint libare diis [b] ſuis, incredibili alacritate inſolenter exultant, & quaſi hoſtem ſub jugum miſerint [c], gaudent.

---

a *At enim*. Sic Pfaffius edidit; Ms. *Adenim* Bun. *etenim*.
b *Si quem fortem egerint libare diis*: Daviſius, & Heuman. legunt: *ſi quem forte* &c. quam lectionem probamus; etſi cum Bunem. ex lib. v. cap. xi. ſeg. 13. 15., 16. nihil videatur mutandum.
c *Sub jugum miſerint*. Sic bene ex Ms. Daviſius *miſerant*: male.

5

Si vero aliquis nec minis, nec tormentis territus, fidem vitæ anteferre maluerit, in hunc ingenium ſuum crudelitas exerit, infanda, & intolerabilia molitur, & quia ſciunt, glorioſam eſſe pro Deo mortem, & hanc nobis eſſe victoriam, ſi ſuperatis tortoribus [a] animam pro fide, ac religione ponamus, & ipſi enituntur, ut vincant.

---

a *Si ſuperatis tortoribus*. Vide Lib. iv. cap. xiii. ſeg. 11. & ſeq.

6

Non afficiunt morte [a]; ſed excogitant novos, inauditoſque cruciatus, ut fragilitas vi-

viſcerum doloribus cedat, & ſi non ceſſerit, differunt, adhibentque vulneribus curam diligentem; ut crudis adhuc cicatricibus repetita tormenta plus doloris imittant [b], & hanc adverſus innocentes carnificinam exercentes [c], pios utique ſe, juſtos, & religioſos putant, (talibus enim ſacris Dii eorum delectantur [d]) illos vero impios, & deſperatos nuncupant.

---

a *Non afficiunt morte*. Ms. *Mortem*. Bunem. ſuſpicatur: *in mortem*, eſſe legendum.

b *Plus doloris immittant*. Lib.v. cap.xi. ſeg.16. *Exquiſitos dolores corporibus immittunt*.

c *Carnificinam exercentes*. Ms. *exercent*. Unde Daviſius legit: *& dum* &c. *exercent*.

d *Dii eorum delectantur*. Hanc lectionem Daviſio debemus; nam in Ms. prave legitur *Deorum delectantur*. Vide ubi ſupra ſeg. 18. & cap. ix. ſeg. 12.

7

Quæ iſta eſt perverſitas, ut qui torquetur innocens, deſperatus, atque impius [a] nominetur, carnifex autem juſtus piuſque dicatur?

CAP.

---

a *Deſperatus, atque impius*. Sic etiam habetur loco proxime indicato.

CAP. LV.

§ 1 §

SEd recte, ac merito puniri eos, ajunt, qui publicas religiones a majoribus traditas [a] execrantur. Quid? ſi majores illi ſtulti fuerunt in ſuſcipiendis religionibus vanis, ſicut jam ſupra oſtendimus, præſcribetur nobis [b], quo minus vera, & meliora ſectemur?

a *A majoribus tradita.* *Fixo* annotata ad Lib. II. cap. VII.

b *Præſcribetur nobis.* Heum. Fixo, inquit, *poſt oſtendimus puncto pro præſcribitur nobis; ita reſcribo: Præſcribeturne nobis* &c. Vide Tertull. *de Præſcriptionibus.*

§ 2 §

Cur nobis auferimus libertatem, & quaſi [a] addicti alienis ſervimus erroribus? Liceat ſapere, liceat inquirere veritatem.

a *Sed quaſi.* Heum., & Bunem. mallent: *& quaſi.*

§ 3 §

Sed tamen, ſi libet majorum defendere [a] ſtultitiam, cur impune habent Ægyptii qui

qui pecudes, & omnis generis beſtias pro diis colunt[b]? Cur de iis ipſis mimi aguntur[c], & qui eos facetius deriſerit, honoratur? Cur audiuntur Philoſophi, qui aut nullos deos eſſe ajunt, aut ſi ſunt[d], nihil curare, nec humana reſpicere, aut nullam eſſe omnino, quæ regat mundum, providentiam, diſſerunt[e].

---

a *Majorum defendere ſtultitiam*. Ms. hanc ultimam vocem Pfaffius addidit, pro qua Daviſius mallet: *religiones*. Quem ſequitur Heum.

b *Omnis generis beſtias pro Diis colunt*. De Diis Ægyptiorum vide Diſſ. XXVII. cap. V. §. I.

c *Mimi aguntur*. Ms. *cur de Diis ipſis aguntur*. At Pfaffius edidit: *cur de Diis ipſis jocantur?* Daviſius vocem *Mimi* reſtituit, & lectionem ſervavit ex Lib. V. cap. XX. ſeg. 12. ſeq., quem propterea etiam Bunem. ſecutus eſt.

d *Aut ſi ſunt*. Heum. Mallet: *ſi ſint*.

e *Providentiam, diſſerunt*. Ms. *providentia*. Daviſius cenſet legendum: *& nullam* &c. pro, *aut nullam*. Pfaff. pro *diſſerunt*, ait, Lege: *aſſerunt*: quam lectionem rejicit Bunem.

4

Sed ſoli ex omnibus impii judicantur, qui Deum, qui veritatem ſequuntur. Quæ quum ſit eadem juſtitia, eadem ſapientia, hanc illi vel impietatis, vel ſtultitiæ crimine in-

infamant, nec perſpiciunt, quid ſit, quod eos fallat [a], quum & malo vocabulum boni, & bono mali nomen imponunt.

---

a *Quod eos fallat.* Ambiguum eſt ultimum verbum in Ms., & vix apparent prima, & ultima illius elementa.

5

Primuli quidem [a] Philoſophorum, ſed maxime Plato [b], & Ariſtoteles, de juſtitia multa dixerunt, aſſerentes [c] & extollentes eam ſumma laude virtutem, quod ſuum cuique tribuat, quod æquitatem in omnibus ſervet, & quum cæteræ virtutes quaſi tacitæ ſint, & intus incluſæ, ſolam eſſe juſtitiam, quæ

---

a *Primuli quidem*. Sic ex Ms. Pfaff., Walch., & Daviſ. At Heum., & Bun.*Plurimi* ediderunt; ſed male nam *Primuli* latine dicuntur *primi*, & quidquid alia ſui generis antecedit: unde Plautus *Amph.*A.II.Se.II, ℣. 105. ait:

Primulo diluculo abiſti ad legiones.

b *Sed maxime Plato, & Ariſtoteles.* Ille nimirum in Libris de Republ. I. præſertim, & II. Iſte autem in *Ethic.* ad Nicom. Lib. V., & alibi.

c *Aſſerentes.* Aliqui innominati apud Daviſium: *aſſerentes*.

quæ nec ſibi tantum conciliata ſit [d], nec occulta; ſed foras tota promineat, & ad bene faciendum prona ſit, ut quamplurimis proſit.

d *Conciliata ſit.* Sic etiam c. VII. *de Ira Dei* ſeg. 13. & Lib. V. cap. XVII. ſeg. 30. idem verbum uſurpat Noſter, quo ſæpe utitur Cicero; ſed non ſemper eodem ſenſu. Heic valet, ac ſi diceret: *nec ſibi tantum vindicat*: aut *ſua tantum curat*.

6

Quaſi vero in Judicibus ſolis, atque in poteſtate aliqua conſtitutis juſtitia eſſe debeat, & non in omnibus. Atquin [a] nullus eſt hominum, ne infirmorum quidem, ac mendicorum [b], in quem juſtitia cadere non poſſit.

a *At quin.* Servo lectionem Ms. codicis, in quo demum *Adquin*. Al. *Atqui*.

b *Ne infirmorum quidem, ac mendicorum*. Daviſ., Heum. & Bunem. *ne infirmorum*. Forte melius.

7

Sed quia ignorabant, quid eſſet, unde proflueret [a], quid operis haberet [b], ſummam

a *Unde proflueret*. Ms. *profluerent*.

b *Quid operis haberet*. Phraſis Lactantiana non ſemel adhibita.

mam illam virtutem, id eſt, communem omnium bonum [c], paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari [d]; ſed alienis tantum commodis ſtudere dixerunt.

c *Commune omnium bonum*. Ms. *communem*.
d *Aucupari*. I. E. *diligenter perquirere*, atque *anxie perſequi*. Walch. *occupari*.

8

Nec immerito extitit Carneades [a], homo ſummo ingenio, & acumine, qui refelleret iſtorum orationem [b], & juſtitiam, quæ fundamentum ſtabile non habebat, everteret, non quia vituperandam eſſe juſtitiam ſentiebat, ſed ut illos defenſores ejus oſtenderet, nihil certi, nihil firmi de juſtitia diſputare.

a *Carneades*. De eo vide dicta ad Lib. v. cap. xv. ſeg. 3. ſeq. Al. cap. xiv. ſeg. 17.
b *Qui refelleret iſtorum orationem*. Ms. *horum orationem*, quam lectionem perperam repreſentant, qui ibidem ſcriptum afferunt: *Storum*.

CAP. LVI.

1

NAm ſi juſtitia eſt [a] veri Dei cultus, (quid enim tam juſtum ad æquitatem, tam

tam pium ad honorem, tam neceſſarium ad ſalutem, quam Deum agnoſcere [b], ut parentem, venerari ut Dominum [c], ejuſque legi, aut præceptis [d] obtemperare ?) neſcierunt ergo juſtitiam Philoſophi, quia nec ipſum Deum agnoverunt, nec cultum ejus, legemque tenuerunt.

Et ideo

---

a *Nam ſi juſtitia eſt.* Ab hiſce verbis incipit fragmentum, quod habebamus antequam Pfaffius hanc Epitomem reperiret in unico Taurinenſi Ms. Cod. quum ergo, etſi in quibusdam cum Mss., tum typis editis libris deſideratur; tamen in pleriſque appareat, & præſertim in Noſtro antiquiſſimo Bon. Codice ad eum iterum confugimus, & quæ ſequuntur collata, & emendata damus; indicatis omnibus ad rem Noſtram ſpectantibus. Τὸ *ſi* abeſt a Bon. Cod.

b *Quam Deum agnoſcere.* Sic in utroque Ms.Cod. Pfaffius edidit *cognoſcere*, ut habent etiam aliqui alii, Aldus ex Cod. Longob. nobiſcum legit.

c *Ut Dominum.* Pfaff. & alii, *ut Deus*; ſed vox iſta ſæpe variatur in Noſtris antiquioribus Mss., ubi per notas contractas deſcribitur, ut non raro monuimus.

d *Aut præceptis.* Daviſius: *ſcribendum, credo*, inquit, *& præceptis*; ſed male; nam legem inter, & præceptum id intercedit diſcriminis, quod illa omnes afficit, qui ſub legum latoris imperio degunt, & ad bonum commune ordinatur; iſtud vero illos ſolummodo adſtringit, quibus viritim intimatur, & bonum reſpicit, ut plurimum particulare.

Digitized by Google

e *Nec cultum ejus, legemque tenuerunt.* Sic in utroque Ms. Cod., abſunt tamen a pleriſque cum typis editis, tum Ms. Thomaſ., & Schottus ex Cod. antiq. nobiſcum, una cum Aldo legunt.

2

Et ideo refelli potuerunt a Carneade [a], cujus hæc fuit [b] diſputatio: nullum eſſe jus naturale, itaque omnes animantes [c], ipſa ducente natura, commoda ſua defendere, & ideo juſtitiam, ſi alienis utilitatibus conſulit, ſuas negligit [d], ſtultitiam eſſe dicendam.

a *A Carneade.* Vide dicta ad L. V. c. xv., & xvii.

b *Nullum eſſe jus naturale* &c. Hocce Philoſophi, cum dogma ſe ipſum deſtruit ex iis, quæ ſtatim afferuntur; nam ſine jure nihil ut proprium poſſidetur, ac propterea neque, ut ſibi reſervatum ita poteſt defendi, ut ab aliis non occupetur. Vide Diſſ. xxviii. cap. iii. §. i.

c *Itaque omnes animantes.* Fulvius Urſinus ex Vet. Cod. legendum cenſet: *itemque omnes.*

d *Si alienis utilitatibus conſulit, ſuas negligit.* Sic Aldus ex Cod. Long. Bon. *& ſi alienis* &c. *conſulet, ſuas necleget.* Taur. *conſulit . . . . . . negligit.* Variant etiam alii; unde Heum. marte ſuo: *conſulat ... negligat* legendum putat.

3

Quod ſi omnes populi, penes quos ſit

imperium, ipſique Romani, qui orbem totum poſſederint [a], juſtitiam ſequi velint, & ſuum cuique reſtituere, quod vi, & armis occupaverunt, ad caſas, & egeſtatem [b] revertentur.

a *Poſſederint*. Sic in utroque Ms. Cod. Al. *poſſidere*. Al. *poſſederent*. Al *poſſedere*. Aldus nobiſcum legit ex C. L.

b *Ad Caſas*, *& egeſtatem* &c. Taur. Ms. *ad cauſam*. Al. *cauſſas*. Vide dicta ad Lib. V. XII. ſeg. 4. (c) & Adde Ovid. II. Amor. Eleg. IX. a ỽ. 17.

Roma niſi immenſum vires promoſſet in orbem,
Stramineis eſſet nunc quoque tecta Caſis.

Ubi Burem- legit: *denſa caſis*.

4

Quod ſi fecerint, juſtos quidem; ſed tamen ſtultos judicare [a] neceſſe eſt, qui ut aliis proſint, ſibi nocere contendant.

a *Juſtos quidem; ſed tamen ſtultos judicare*. Sic in utroque Cod. Al. *juſtos dicemus quidem .... judicari* &c. Aldus nobiſcum legit ex Bon. Longobardico.

5

Deinde, ſi reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro aurichalco [a], aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id

id emere neceſſitas cogit [b], utrum diſſimulabit [c], & emet parvo, an potius indicabit [d]? Si indicabit, juſtus utique dicetur, quia non fefellit; ſed idem ſtultus, qui alteri [e], fecerit lucrum, ſibi damnum.

---

a *Pro aurichalco*. Bon. *pro oricalco* Walch. *aurichalcho*.

b *Neceſſitas cogit*. Sic Bon. ſed Taur. *coget*. Al. *cogat*.

c *Diſſimulabit*. Uterque antiquior Codex more ſolito: *diſſimulavit*.

d *An potius indicabit? Si indicabit*. Et heic eadem? elementorum variatio occurrit in utroque Ms. Cod. Al. duo poſtrema verba omittunt. Schottus, & Aldus legunt nobiſcum.

e *Qui alteri*. Daviſius mallet: *quia alteri*.

6

Sed facile de damno eſt. Quod, ſi vita ejus in periculum veniet, ut eum neceſſe [b] ſit, aut occidere, aut mori, quid faciet

---

a *Quod ſi*. Hæc lectio Noſtri Bon. Cod. Al. *quid ſi* ubi obſerva, lectionem Noſtram eſſe aptiorem, quoniam ſequitur: *quid faciet?*

b *Ut eum neceſſe ſit*. Sic Mss. Al. *ut eum aliquando* &c.

7

Poteſt hoc evenire [a], ut naufragio fa-

cto, inveniat aliquem imbecillum tabulæ inhærentem [b], aut victo exercitu fugiens, reperiat aliquem vulneratum equo inſidentem [c], utrumne aut illum tabula, aut hunc equo deturbabit [d], ut ipſe poſſit evadere?

a *Poteſt hoc evenire*. Taur. *venire*.
b *Imbecillum tabulæ inhærentem.* Sic in Mss. Cod. niſi quod pro *imb.* legunt: *in inbecillum*. Al. *imbecillem*.
c *Equo inſidentem.* Uterque antiquus Cod. *æquo* &c.
d *Deturbabit*. Noſtri Cod. de more: *deturbavit*.

8

Si volet juſtus eſſe, non faciet; ſed idem ſtultus judicabitur, qui dum alterius vitæ parcet, ſuam prodet [a]. Si faciet, ſapiens quidem videbitur, quia ſibi conſulet; ſed idem malus [b], quia nocebit.

CAP.

a *Parcet, ſuam prodet*. Sic Bon., & Aldus; At Taur. *prodit*. Al. *perdet*.
b *Sed idem malus* &c. Ita in utroque Ms. Al. *ſed & idem*. Pro hactenus recitata vide ad L. V. cap. XVII. Al. XVI.

C A P. L V I I.

1

Acuta iſta ſane [a]: ſed reſpondere ad ea facillime poſſumus [b]. Immutatio enim [c] nominum facit, ut ſic eſſe videatur. Nam & juſtitia imagnem habet ſtultitiæ, non tamen eſt ſtultitia, & malitia imaginem ſapientiæ, non tamen ſapientia eſt.

a *Acuta iſta ſane*. In prelo editis, vulgatiſque libris hæc habentur circa medium capitis I. Libri acephali. Vide dicta loco proxime laudato ſeg. 13.

b *Facillime poſſumus*. Sic in utroque Mss Al. *facile* Bunemanno ſegmentum iſtud eſt 6. At nobiſcum Heumannus habet I. Siquidem unicuique capitulorum novæ diſtinctioni, congruentius viſum eſt, novam addere ſegmentorum ſeriem.

c *Immutatio enim*. Retinemus Ms. lectionem, quam alii cum vulgatis quibusdam variant legendo: *imitatio enim* &c. Aldus legit nobiſcum.

2

Sed ſicut malitia [a] iſta in conſervandis utilitatibus ſuis intelligens, & arguta [b], non ſa-

a *Sed ſicut malitia*. Sic Bon. At in Taur. deſideratur prima vox.

ſapientia ; ſed calliditas , & aſtutia eſt , ita & juſtitia non debet ſtultitia , ſed innocentia nominari ; quia neceſſe eſt c, juſtum eſſe ſapientem , & eum qui ſit ſtultus , injuſtum .

b *Intelligens , & arguta non ſapientia* &c Ita cum Mss. legimus ; ſed in quibusdam habetur ; *intelligens redargui videtur , quia non ſapientia* &c. Aldus legit nobiſcum .

c *Juſſum eſſe ſapientem* . Sic in utroque Cod. Al. *& juſtum* .

3

Nam neque ratio neque , natura ipſa [a] permittit, ut is qui juſtus eſt [b] , ſapiens non ſit ; quoniam juſtus nihil utique facit , niſi quod rectum , & bonum eſt, pravum, & malum ſemper fugit .

a *Neque natura ipſa* . Tò natura in Noſtro Bon. Cod. deſideratur .

b *Qui juſtus eſt* . Taur. *eſſet* .

4

Quis autem diſcernere bonum & malum , pravum, & rectum poteſt [a] ,niſi qui ſapiens

a *Et rectum poteſt* . Sic etiam Aldus vulgati habent : *poterit* .

b *Non poteſt ergo neque ſtulto juſtitia , neque injuſto*

piens fuerit ? Stultus autem male facit, quia bonum, & malum quid ſit, ignorat. Ideo peccat, quia non poteſt prava, & recta diſcernere. Non poteſt ergo neque ſtulto juſtitia, neque injuſto [b] ſapientia convenire.

juſto &c, Hæc eſt genuina Mss. lectio; quare aliorum lectiones erratas eſſe cenſemus; inter quas eſt etiam Aldina ex Cod. Longob.

5

Stultus igitur non eſt, qui nec tabula naufragum, nec equo ſaucium dejecerit, quia ſe abſtinuit a nocendo, quod eſt peccatum: peccatum autem vitare [a], ſapientis eſt.

a *Peccatum autem vitare*. Prima vox in quibuſdam deſideratur ex Librarii oſcitantia.

6

Sed ut ſtultus prima facie videatur, illa res efficit, quod extingui animam cum corpore exiſtimant [a], iccirco omne commodum ad hanc vitam referunt.

a *Cum corpore exiſtimant*. In Taur. *æſtimant*.

7

Si enim poſt mortem nihil eſt, utique

ſtulte facit, qui alterius animæ parcit cum diſpendio ſuæ, aut qui alterius lucro magis, quam ſuo conſulit [a] Si mors animam delet, danda eſt opera, quo diutius [b] commodiuſque vivamus: ſi autem vita poſt mortem ſupereſt æterna, & beata, hanc utique corporalem cum omnibus terræ bonis juſtus, & ſapiens contemnet, qui ſcit [c], quale a Deo ſit præmium recepturus.

a *Conſulit*. Bon. *conſulet*.

b *Quo diutius* &c. Taur. *quod juſtius*. Al. *quo juſtius*. Servo lectionem Noſtri Cod. Bon. Aldus ex Cod. Longob. *quo totius*.

c *Qui ſcit*. Hæc eſt lectio Cod. Bon. In Taur. habetur: *qui ſciet*. Heum. ex conjectura ſecundam vocem bene correxit.

8

Teneamus igitur innocentiam, teneamus juſtitiam, ſubeamus imaginem ſtultitiæ, ut veram ſapientiam tenere poſſimus. Et ſi hominibus ineptum videtur, ac ſtultum, torqueri, & mori velle, quam libare diis, & abire [a] ſine noxa; nos tamen [b] omni virtute, omni-

a *Et mori velle, quam libare Diis, & abire*. Sic in Taurin. Cod. In. Bon. vero: *& mori velle quam liberan-*

omnique patientia fidem Deo exhibere nitamur.

berandi ſe, & abire. Is. *cum libere liceat abire*. Al. *& mori malle, quam libare Diis* &c. Vide Lib. V. cap. XVIII. Al. XIX. ſeg. 13. ſeq.

b *Nos tamen*. Taur. *nos tam*.

9

Non mors [a] terreat, non dolor frangat, quominus vigor animi, & conſtantia inconcuſſa ſervetur. Stultos vocent [b], dummodo ipſi ſtultiſſimi ſint; & cœci [c]; & pecudibus æquales, qui non intelligunt [d] eſſe mortiferum, relicto Deo vivo, proſternere ſe, atque adorare terrena, qui neſciunt, & illos [e] æternam pœnam manere, qui figmenta inſenſibilia fuerint venerati [f], & eos, qui nec tormen-

a *Non mors, non dolor*. Sic Taur. At Bon., & Al. *nec dolor*.

b *Stultos vocent*. Sic in utroque Ms., & in Longob. Aldi. Al. *ſtultos notent*: aut: *ſtultos nos vocent*.

c *Dummodo ipſi ſtultiſſimi ſint, & cæci* &c. Taur. *dummodo ipſi ſint habetes, & cæci* &c. Lego cum Noſtro Bon. Cod., aliiſque quam pluribus.

d *Qui non intelligunt*. Bon. *non intellegunt*, ut aſſolet.

e *Et illos*. Sic etiam Aldus. Cellarius: *ex illis*.

f *Figmenta inſenſibilia fuerint venerati*. Bon. *ſingmenta*. Taur. *adorati*. Cellarius: *nec figmenta*.

Digitized by Google

quæ nec ſibi tantum conciliata ſit [d], nec occulta; ſed foras tota promineat, & ad bene faciendum prona ſit, ut quamplurimis proſit.

d *Conciliata ſit.* Sic etiam c. VII. *de Ira Dei* ſeg. 13. & Lib. V. cap. XVII. ſeg. 30. idem verbum uſurpat Noſter, quo ſæpe utitur Cicero; ſed non ſemper eodem ſenſu. Heic valet, ac ſi diceret: *nec ſibi tantum vindicat*: aut *ſua tantum curat*.

6

Quaſi vero in Judicibus ſolis, atque in poteſtate aliqua conſtitutis juſtitia eſſe debeat, & non in omnibus. Atquin [a] nullus eſt hominum, ne infimorum quidem, ac mendicorum [b], in quem juſtitia cadere non poſſit.

a *At quin*. Servo lectionem Ms. codicis, inquo demum *Adquin*. Al. *Atqui*.

b *Ne infirmorum quidem, ac mendicorum*. Daviſ., Heum. & Bunem. *ne infirmorum*. Forte melius.

7

Sed quia ignorabant, quid eſſet, unde proflueret [a], quid operis haberet [b], ſummam

a *Unde proflueret*. Ms. *proſluerent*.

b *Quid operis haberet*. Phraſis Lactantiana non ſemel adhibita.

mam illam virtutem, id eſt, communem omnium bonum [c], paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari [d]; ſed alienis tantum commodis ſtudere dixerunt.

c *Commune omnium bonum*. Ms. *communem*.
d *Aucupari*. I. E. *diligenter perquirere*, atque *anxie perſequi*. Walch. *occupari*.

8

Nac immerito extitit Carneades [a], homo ſummo ingenio, & acumine, qui refelleret iſtorum orationem [b], & juſtitiam, quæ fundamentum ſtabile non habebat, everteret, non quia vituperandam eſſe juſtitiam ſentiebat, ſed ut illos defenſores ejus oſtenderet, nihil certi, nihil firmi de juſtitia diſputare.

a *Carneades*. De eo vide dicta ad Lib. v. cap. xv. ſeg. 3. ſeq. Al. cap. xiv. ſeg. 17.
b *Qui refelleret iſtorum orationem*. Ms. *horum orationem*, quam lectionem perperam repreſentant, qui ibidem ſcriptum aſſerunt: *Storum*.

CAP. LVI.

1

Nam ſi juſtitia eſt [a] veri Dei cultus, (quid enim tam juſtum ad æquitatem, tam

tam pium ad honorem, tam neceſſarium ad ſalutem, quam Deum agnoſcere [b], ut parentem, venerari ut Dominum [c], ejuſque legi, aut præceptis [d] obtemperare ?) neſcierunt ergo juſtitiam Philoſophi, quia nec ipſum Deum agnoverunt, nec cultum ejus, legemque tenuerunt.

Et ideo

---

a *Nam ſi juſtitia eſt.* Ab hiſce verbis incipit fragmentum, quod habebamus antequam Pfaffius hanc Epitomem reperiret in unico Taurinenſi Ms. Cod. quum ergo, etſi in quibusdam cum Mss., tum typis editis libris deſideratur; tamen in plerique appareat, & præſertim in Noſtro antiquiſſimo Bon. Codice ad eum iterum confugimus, & quæ ſequuntur collata, & emendata damus; indicatis omnibus ad rem Noſtram ſpectantibus. Τὸ *ſi* abeſt a Bon. Cod.

b *Quam Deum agnoſcere.* Sic in utroque Ms.Cod. Pfaffius edidit *cognoſcere*, ut habent etiam aliqui alii, Aldus ex Cod. Longob. nobiſcum legit.

c *Ut Dominum.* Pfaff. & alii, *ut Deus*; ſed vox iſta ſæpe variatur in Noſtris antiquioribus Mss., ubi per notas contractas deſcribitur, ut non raro monuimus.

d *Aut præceptis.* Daviſius: *ſcribendum, credo*, inquit, *& præceptis*; ſed male; nam legem inter, & præceptum id intercedit diſcriminis, quod illa omnes afficit, qui ſub legum latoris imperio degunt, & ad bonum commune ordinatur; iſtud vero illos ſolummodo adſtringit, quibus viritim intimatur, & bonum reſpicit, ut plurimum particulare.

e *Nec cultum ejus, legemque tenuerunt*. Sic in utroque Ms. Cod., abſunt tamen a plerisque cum typis editis, tum Ms. Thomaſ., & Schottus ex Cod. antiq. nobiſcum, una cum Aldo legunt.

2

Et ideo refelli potuerunt a Carneade [a], cujus hæc fuit [b] diſputatio: nullum eſſe jus naturale, itaque omnes animantes [c], ipſa ducente natura, commoda ſua defendere, & ideo juſtitiam, ſi alienis utilitatibus conſulit, ſuas negligit [d], ſtultitiam eſſe dicendam.

a *A Carneade*. Vide dicta ad L. V. c. xv., & xvii.

b *Nullum eſſe jus naturale* &c. Hocce Philoſophi, cum dogma ſe ipſum deſtruit ex iis, quæ ſtatim afferuntur; nam ſine jure nihil ut proprium poſſidetur, ac propterea neque, ut ſibi reſervatum ita poteſt defendi, ut ab aliis non occupetur. Vide Diſſ. xxviii. cap. iii. §. i.

c *Itaque omnes animantes*. Fulvius Urſinus ex Vet. Cod. legendum cenſet: *itemque omnes*.

d *Si alienis utilitatibus conſulit, ſuas negligit*. Sic Aldus ex Cod. Long. Bon. *& ſi alienis* &c. *conſulet, ſuas necleget*. Taur. *conſulit ...... negligit*. Variant etiam alii; unde Heum. marte ſuo: *conſulat ... negligat* legendum putat.

3

Quod ſi omnes populi, penes quos ſit

imperium, ipſique Romani, qui orbem totum poſſederint [a], juſtitiam ſequi velint, & ſuum cuique reſtituere, quod vi, & armis occupaverunt, ad caſas, & egeſtatem [b] revertentur.

a *Poſſederint*. Sic in utroque Ms. Cod. Al. *poſſidere*. Al. *poſſederent*. Al *poſſedere*. Aldus nobiſcum legit ex C. L.

b *Ad Caſas, & egeſtatem* &c. Taur. Ms. *ad cauſam*. Al. *cauſſas*. Vide dicta ad Lib. V. XII. ſeg. 4. (c) & Adde Ovid. II. Amor. Eleg. IX. a ỷ. 17.

Roma niſi immenſum vires promoſſet in orbem,
Stramineis eſſet nunc quoque tecta Caſis.

Ubi Bunem. legit: *denſa caſis*.

4

Quod ſi fecerint, juſtos quidem; ſed tamen ſtultos judicare [a] neceſſe eſt, qui ut aliis proſint, ſibi nocere contendant.

a *Juſtos quidem; ſed tamen ſtultos judicare*. Sic in utroque Cod. Al. *juſtos dicemus quidem .... judicari* &c. Aldus nobiſcum legit ex Bon. Longobardico.

5

Deinde, ſi reperiat aliquis hominem, qui aut aurum pro aurichalco [a], aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id

id emere neceſſitas cogit [b] , utrum diſſimulabit [c] , & emet parvo , an potius indicabit [d] ? Si indicabit , juſtus utique dicetur , quia non fefellit ; ſed idem ſtultus , qui alteri [e] , fecerit lucrum , ſibi damnum .

---

a *Pro aurichalco*. Bon. *pro oricalco* Walch. *aurichalcho.*

b *Neceſſitas cogit* . Sic Bon. ſed Taur. *coget*. Al. *cogat* .

c *Diſſimulabit* . Uterque antiquior Codex more ſolito : *diſſimulavit* .

d *An potius indicabit* ? *Si indicabit* . Et heic eadem? elementorum variatio occurrit in utroque Ms. Cod. Al. duo poſtrema verba omittunt . Schottus , & Aldus legunt nobiſcum .

e *Qui alteri* . Daviſius mallet : *quia alteri* .

6

Sed facile de damno eſt . Quod , ſi vita ejus in periculum veniet , ut eum neceſſe [b] ſit, aut occidere, aut mori, quid faciet

---

a *Quod ſi* . Hæc lectio Noſtri Bon. Cod. Al. *quid ſi* ubi obſerva , lectionem Noſtram eſſe aptiorem , quoniam ſequitur : *quid faciet* ?

b *Ut eum neceſſe ſit* . Sic Mss. Al. *ut eum aliquando* &c.

7

Poteſt hoc evenire [a] , ut naufragio fa-

cto, inveniat aliquem imbecillum tabulæ inhærentem [b], aut victo exercitu fugiens, reperiat aliquem vulneratum equo inſidentem [c], utrumne aut illum tabula, aut hunc equo deturbabit [d], ut ipſe poſſit evadere?

a *Poteſt hoc evenire*. Taur. *venire*.
b *Imbecillum tabulæ inhærentem.* Sic in Mss. Cod. niſi quod pro *imb.* legunt: *in inbecillum*. Al. *imbecillem*.
c *Equo inſidentem.* Uterque antiquus Cod. *æquo* &c.
d *Deturbabit*. Noſtri Cod. de more: *deturbavit*.

§ 8

Si volet juſtus eſſe, non faciet; ſed idem ſtultus judicabitur, qui dum alterius vitæ parcet, ſuam prodet [a]. Si faciet, ſapiens quidem videbitur, quia ſibi conſulet; ſed idem malus [b], quia nocebit.

CAP.

a *Parcet, ſuam prodet*. Sic Bon., & Aldus; At Taur. *prodit*. Al. *perdit*.
b *Sed idem malus* &c. Ita in utroque Ms. Al. *ſed & idem.* Pro hactenus recitata vide ad L. V. cap. XVII. Al. XVI.

C A P. L V I I.

1

A Cuta iſta ſane [a]: ſed reſpondere ad ea facillime poſſumus[b]. Immutatio enim[c] nominum facit, ut ſic eſſe videatur. Nam & juſtitia imagnem habet ſtultitiæ, non tamen eſt ſtultitia, & malitia imaginem ſapientiæ, non tamen ſapientia eſt.

---

a *Acuta iſta ſane*. In prelo editis, vulgatiſque libris hæchabentur circa medium capitis I. Libri acephali. Vide dicta loco proxime laudato ſeg. 13.

b *Facillime poſſumus*. Sic in utroque Mss Al. *facile* Bunemanno ſegmentum iſtud eſt 6. At nobiſcum Heumannus habet I. Siquidem unicuique capitulorum novæ diſtinctioni, congruentius viſum eſt, novam addere ſegmentorum ſeriem.

c *Immutatio enim*. Retinemus Ms. lectionem, quam alii cum vulgatis quibusdam variant legendo: *imitatio enim* &c. Aldus legit nobiſcum.

2

Sed ſicut malitia [a] iſta in conſervandis utilitatibus ſuis intelligens, & arguta [b], non ſa-

---

a *Sed ſicut malitia*. Sic Bon. At in Taur. deſideratur prima vox.

ſapientia ; ſed calliditas , & aſtutia eſt , ita & juſtitia non debet ſtultitia , ſed innocentia nominari ; quia neceſſe eſt c, juſtum eſſe ſapientem , & eum qui ſit ſtultus , injuſtum .

b *Intelligens , & arguta non ſapientia* &c Ita cum Mss. legimus ; ſed in quibusdam habetur ; *intelligens redargui videtur , quia non ſapientia* &c. Aldus legit nobiſcum .

c *Juſſum eſſe ſapientem* . Sic in utroque Cod. Al. *& juſtum* .

3

Nam neque ratio neque , natura ipſa [a] permittit, ut is qui juſtus eſt [b] , ſapiens non ſit ; quoniam juſtus nihil utique facit , niſi quod rectum , & bonum eſt, pravum, & malum ſemper fugit .

a *Neque natura ipſa* . Tò natura in Noſtro Bon. Cod. deſideratur .

b *Qui juſtus eſt* : Taur. *eſſet* .

4

Quis autem diſcernere bonum & malum , pravum, & rectum poteſt [a] ,niſi qui ſapiens

a *Et rectum poteſt* . Sic etiam Aldus vulgati habent : *poterit* .

b *Non poteſt ergo neque ſtulto juſtitia , neque injuſto*

piens fuerit ? Stultus autem male facit, quia bonum, & malum quid ſit, ignorat. Ideo peccat, quia non poteſt prava, & recta diſcernere. Non poteſt ergo neque ſtulto juſtitia, neque injuſto [b] ſapientia convenire.

juſto &c, Hæc eſt genuina Mss. lectio; quare aliorum lectiones erratas eſſe cenſemus; inter quas eſt etiam Aldina ex Cod. Longob.

5

Stultus igitur non eſt, qui nec tabula naufragum, nec equo ſaucium dejecerit, quia ſe abſtinuit a nocendo, quod eſt peccatum: peccatum autem vitare [a], ſapientis eſt.

a *Peccatum autem vitare*. Prima vox in quibuſdam deſideratur ex Librarii oſcitantia.

6

Sed ut ſtultus prima facie videatur, illa res efficit, quod extingui animam cum corpore exiſtimant [a], iccirco omne commodum ad hanc vitam referunt.

a *Cum corpore exiſtimant*. In Taur. *æſtimant*.

7

Si enim poſt mortem nihil eſt, utique ſtul-

omniqué patientia fidem Deo exhibere nitamur.

berandi ſe, & abire. Is. *cum libere liceat abire*. Al. *& mori malle, quam libare Diis* &c. Vide Lib. V. cap. XVIII. Al. XIX. ſeg. 13. ſeq.

b *Nos tamen*. Taur. *nos tam*.

9

Non mors [a] terreat, non dolor frangat, quominus vigor animi, & conſtantia inconcuſſa ſervetur. Stultos vocent [b], dummodo ipſi ſtultiſſimi ſint; & cœci [c]; & pecudibus æquales, qui non intelligunt [d] eſſe mortiferum, relicto Deo vivo, proſternere ſe, atque adorare terrena, qui neſciunt, & illos [e] æternam pœnam manere, qui figmenta inſenſibilia fuerint venerati [f], & eos, qui nec tormen-

a *Non mors, non dolor*. Sic Taur. At Bon., & Al. *nec dolor*.

b *Stultos vocent*. Sic in utroque Ms., & in Longob. Aldi. Al. *ſtultos notent*: aut: *ſtultos nos vocent*.

c *Dummodo ipſi ſtultiſſimi ſint, & cœci* &c. Taur. *dummodo ipſi ſint habetes, & cœci* &c. Lego cum Noſtro Bon. Cod., aliiſque quam pluribus.

d *Qui non intelligunt*. Bon. *non intellegunt*, ut aſſolet.

e *Et illos*. Sic etiam Aldus. Cellarius: *ex illis*.

f *Figmenta inſenſibilia fuerint venerati*. Bon. *ſingmenta*. Taur. *adorati*. Cellarius: *nec figmenta*.

menta, nec mortem pro cultu, & honore [g] veri Dei recuſaverint [h], vitam perpetuam conſecuturos.

---

g *Pro cultu, & honore*. Male Pfaffius edidit: *pro cultui*.

h *Recuſaverint*. Sic in Ms. Bon. In Taur. vero: *non recuſaverunt*. Particulam negantem retinet Daviſius, addens: *ſic etiam loqui ſolent authores probatiſſimi*.

10

Hæc eſt fides ſumma [a], hæc vera ſapientia, hæc perfecta juſtitia. Nihil ad nos attinet, ſtulti quid homunculi ſentiant [b]. Nos judicium Dei expectare debemus, ut eos poſtmodum, qui de nobis judicant [c], judicemus.

CAP.

---

a *Hæc eſt fides ſumma, hæc perfecta ſapientia* &c. Lectionem Ms. Taurinenſis ſecuti ſumus, quam etiam Ms. Cod. Bon. non obſcure indicat, exhibendo: *Hæc eſt fidiſſuma*, unde Iſæus, & alii *fidiſſima* exculpſerunt, ut habet etiam Aldus. Daviſius vero: *Hæc, vides, ſumma ſapientia*: aut: *hæc eſt, vides ſumma*; *hæc eſt* &c. Al. *fideliſſima* &c. Heum. *hæc eſt fidei ſumma*.

b *Quid judicent ſtulti, quid homunculi ſentiant*. Bon. Ms. Cod. hæc eſt lectio, niſi quod: *omunculi*: ſine aſpiratione ſcribitur. Taurin. vero ſecundam, & quartam vocem omittit. Nobiſcum ſolus Langletius legit.

c *Judicaverint*. Taur. *judicant*. Hactenus quæ habentur Lib. Divin. Inſt. V.

CAP. LVIII.

1

DIxi de juſtitia[a], quid eſſet. Sequitur, ut oſtendam quod ſit verum ſacrificium Dei, quis ſit juſtiſſimus ritus colendi[b], ne quis arbitretur; aut victimas, aut odores, aut dona pretioſa[c] deſiderari a Deo, a quo ſi fames[d], ſi ſitis, ſi alagor, ſi rerum omnium terrenarum cupiditas abeſt[e], non ergo utitur his omnibus, quæ templis, diiſque fictilibus[f] inferuntur; ſed ſicut corporalibus corporalia[g], ſic utique incorporali incorporale[h] ſacrificium neceſſarium eſt.

Illis

---

a *Dixi de juſtitia* &c. Hinc olim cap. II. ordiebatur. Noſter vero breviare incipit, quæ ab eo pertractata erant Lib. IV. cap. 1., & 11.

b *Quod ſit verum ſacrificium Dei, qui ſit juſtiſſimus ritus colendi.* Sic Schottus Bon., At Aldus: *quid ſit* &c. Al. *quis ſit*. Vide dicta ad Lib. VI. cap. 1. ſeg. 2.

c *Aut dona pretioſa*. Sic Aldus: Bon. *prætioſa*. Quidam cum Cellario: *præſentia*.

d *A quo ſi fames*. Taur. ſolus: *quod ſi fames.* Bon. *famis*.

e *Cupiditas abeſt*. Taur. *adeſt*.

f *Templis, Diiſque fictilibus.* Sic etiam Aldus. Vulgati nonnulli legunt: *aliiſque fictilibus*.

g *Sed ſicut corporalibus corporalia* &c. Sic Taur. Ms. ſed Bon. habet: *corporale*.

h *Sic utique incorporali incorporale*. Hæc eſt lectio Taurienſis Codicis; at in Bon. tertia vox omittitur. Al. *incorporalibus, incorporalia*. Gallæus heic in ſcenam redit, inquiens. *Hac a Papiſtis adverſus Miſſæ Sacrificium notari velim*. Quaſi hæc deſtruant, quæ a Noſtro alibi docentur, & præſertim Lib. IV. cap. XIV. ſeg. 2. ubi de Eccleſia loquens ait: *hæc eſt Domus fidelis, hoc immortale templum; in quo ſi quis non ſacrificaverit, immortalitatis præmium non habebit*. Eſt ergo aliquod in Eccleſia Chriſti Sacrificium; quod a fidelibus omnibus Deo debet offerri; ſed quod nam iſtud erit, niſi illud ipſum, quod ab eodem Chriſto oblatum eſt, & quotidie Patri offertur? Quoniam, ut Lactantius ait ibidem ſeg. 3. quum ipſe hujus templi magni, & æterni fabricator fuerit, *idem neceſſe eſt, habeat in eo Sacerdotium ſempiternum*. Ergo ſempiternum in Eccleſia debet eſſe Sacrificium iſtud, quod a nobis in ejus *commerationem* celebrari, ipſe idem præcepit Luc. XXII. ℣ 19. Qua ergo fronte Gallæus, ſuique ſimiles ex grege Lutheri, aut Calvini, aliorumque hæreticorum Noſtri verbis adverſus Miſſæ Sacrificium abutuntur? Prius oſtendant, vel Chriſti Sacerdotium ceſſaſſe, vel in Eccleſia ſua nolle amplius in ſui Commemorationem fieri, quod ipſe mandavit. Oſtendant Miſſæ Sacrificium *corporale* eſſe, eo ſenſu, quo vocabulum iſtud uſurpavit Lactantius, & manus poſtea conferamus.

§ 2

Illis autem, quæ [a] in uſum tribuit homini Deus, ipſe non indiget, quum omnis ter-

terra in ipſius ſit poteſtate [b]: non indiget templo [c], cujus domicilium munduseſt: non indiget ſimulacro, qui eſt & oculis, & mente incomprehenſibilis [d], non indiget terrenis lu-

---

a *Illis autem*, *quæ* &c. Sic in utroque Ms. Al. vel ſecunda voce carent, vel cum Daviſio mallent: *illis enim*.

b *Ipſe non indiget*, *quum omnis terra in ipſius ſit poteſtate*. Sic Cod. Bon. At Taurin. *ipſius ſit ſub poteſtate*. Nota iccirco hoc dictum eſſe, quoniam Sacrificium, quod in Eccleſia ſua Chriſtus perennare voluit, non panis, ac vini ſubſtantia eſt; ſed ſui Corporis, atque Sanguinis Sacramentum, ſub ſpeciebus panis, ac vini miris modis exiſtens. Aldus legit nobiſcum.

c *Non indiget templo*. Nimirum ad habitandum; nam etſi mundus ejus domicilium dicitur, neque is, tamen, neque Cælum capere Deum poſſunt. Ipſe vero tam in veteri, quam in novo fœdere voluit ſibi templum manufactum erigi, ut ex peculiari alicujus loci, ſibi ſolemni ritu reſervati, excitarentur homines ad cultum ei exhibendum, cujus opificium eſt, ac donum & quod fumus, & quibus utimur.

d *Qui eſt*, *&* *oculis*, *&* *mente comprenſibilis*. Quum Deus incorporeus ſit, & immenſus, & ipſe ſolus ſe comprehendere valeat, nulla mortaliam oculorum acies, nulla unquam creata mens eum poterit comprehendere, ut Lactantius ipſe ſæpe docet. Heic itaque de Dei naturali cognitione loquitur, qua per ea, quæ ab ipſo facta ſunt; & quotidie ante oculos noſtros

luminibus, qui ſolem cum cæteris aſtris in uſum hominis [e] potuit accendere.

ſtros habemus, exiſtentiam ejus neceſſariam eſſe, intelligimus, & veluti manibus palpamus: Sicuti ait Apoſtolus ad Rom. I. ℣. 20. *Inviſibilia enim ipſius a creatura mundi, per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ita ut ſint inexcuſabiles* &c.

e *In uſum hominis*. Bon., & Alii. *hominibus*.

3

Quid igitur ab homine deſiderat Deus, niſi cultum mentis, qui eſt purus, & ſanctus? Nam illa, quæ aut digitis [a] fiunt, aut extra hominem ſunt, inepta, fragilia, ingrata ſunt [b]. Hoc eſt ſacrificium verum, non quod ex arca, ſed quod ex corde profertur [c]: non quod-

a *Quæ aut digitis*. Sic uterque codex. Heum. vero: *Reſcribo*, inquit, *quæ aut Diis*, Sed male; reſpicit enim Noſter, ut bene vidit Bun. ad Lib. I. cap.xx-ſeg. 26. Lib. V. cap. xix. 12., & ibidem cap. xx. 29.

b *Inepta, fragilia, ingrata ſunt*. Sic etiam Aldus, & Thomas. Sed hæc quatuor verba abſunt a nonnullis ex ejusdem verbi repetitione ab Amanuenſis librario non obſervata.

c *Sed ex corde profertur*. Reſpicit ad illud Pſal. quinquageſimi: *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, Deus, non deſpicies*. Que-

quod manu, ſed quod mente libatur. Hæc acceptabilis [d] victima eſt, quam de ſeipſo animus immolat [e].

Quemadmodum igitur in veteri lege ultra hoc internum ſacrificium, certum, & exploratum eſt, externum etiam fuiſſe: ſic in novo fœdere, decens fuit, ut unum ſine altero non eſſet, cujus figura præceſſerat. Neque Lactantii Noſtri verba in nos torqueri poſſunt ab heterodoxis, qui externum Dei cultum, tamquam ſuperſtitioſum execrantur; nam, ut ſcite heic notaverat Thomaſius, cum Paganis agebat heic Firmianus, quorum religio ſolis externis quibuſdam operationibus conſtabat; ac proinde docendi erant, quid potiſſimum in oblationibus ſacris Deus reſpiceret. Secundum illud Chriſti Domini effatum Matth. V. ℣. 23. *Si ergo offers munus tuum ad Altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante Altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens, offeres munus tuum.*

d *Hac acceptabilis*. Krebſio inuſitata vox iſta viſa eſt, quam tamen Tertulliano, & Patribus communem eſſe, oſtendit Bun.

e *Quam de ſe ipſo animus immolat*. Sic in Cod. Bor. Taurin. vero habet: *qua ipſo animus immolaverit*.

4

Nam quid hoſtiæ [a]? quid thura? quid ve-

---

a *Nam quid hoſtiæ?* Quid &c. *ſi colentis pura mens non*

veſtes? quid argentum? quid aurum? quid pretioſi lapides conferunt, ſi colentis pura mens non eſt? Sola ergo juſtitia eſt, quam Deus expetit. In hac ſacrificium, in hac Dei cultus eſt, de quo nunc mihi differendum eſt, docendumque, in quibus operibus juſtitiam neceſſe ſit continere.

---

non eſt? Nota Lactantii prudentem loquendi modum; quo non oblationes illas vituperat, aut damnat; ſed potius quomodo Deo gratæ reddantur, inſinuat. Vide Lib. VI. cap. 11. unde hæc omnia deprompta ſunt.

C A P. L I X.

I

Duas eſſe humanæ vitæ vias [a] nec Philoſophis ignotum fuit, nec Poetis, ſed eas utrique [b] diverſo modo induxerunt [c]. Philoſophi alteram induſtriæ, alteram inertiæ.

---

a *Duas eſſe humanæ vitæ vias*. Vide L.VI. c.III ſeg. 1.

b *Sed eas utrique*: Sic recte Mss. Codices etiam Aldi. Al. *utique*.

c *Induxerunt. Philoſophi, alteram* &c. Daviſius interpunctionem hanc laudat, quæ Iſæi, aliorumque eſt, Gallæo, Sparkio, & Cellario exceptis.

tiæ eſſe voluerunt [d]. Sed hoc minus recte, quod eas ad ſola vitæ hujus commoda retulerunt [e].

---

d *Eſſe voluerunt*. Iſæus edidit; *voluere*; ſed invitis aliis, ac repugnantibus.
e *Quod eas ad ſola vitæ commoda retulerunt*. Sic etiam Aldus Taur. *quum eas*. Al. *ad ſola hujus*. Al. *ad ſolius vitæ* &c.

2

Melius poetæ [a], qui alteram juſtorum, eſſe dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas non in hac vita, ſed apud inferos eſſe ajunt.

---

a *Melius poetæ*. Vide ad Lib. VI. cap. 111. ſeg. 9

3

Nos utique rectius, qui alteram vitæ [a], alteram mortis, & hic tamen eſſe has vias dicimus. Sed illa dexterior, qua juſti gradiuntur, non in Elyſium fert [b], ſed in cælum. Immortales enim fiunt. Siniſterior ad

---

a *Qui alteram vitæ*. Deſunt iſta, quæ plerique omnes retinent, in Taur. Cod.
b *Non in Elyſium fert*. Vide dicta ubi ſupra c. IV. ſeg. 1. Bon. *Ælyſium* ſicuti etiam L. C.

tartarum, æternis enim cruciatibus addicuntur injuſti [c]. Tenenda eſt nobis juſtitiæ via [d], quæ ducit ad vitam.

c *Addicuntur injuſti*. Sic in utroque Cod. Al. *abdicuntur*: *abducuntur*: ſeu *adjiciuntur*.

d *Tenenda eſt nobis juſtitiæ via*. Retineo lectionem Cod. Bon., nam adverbium *igitur*, quod heic obtrudunt ex Cod. Taurinenſi, non habet unde vim ſuæ illationis obtineat. Al. legunt: *veneranda eſt nobis* Iſæus: *Tenenda eſt a nobis*. Vide Lib. V. cap. VI. a ſeg. 10. ſeq.

4

Primum autem juſtitiæ officium eſt, Deum agnoſcere, ut parentem [a], eumque metuere, ut dominum, deligere, ut patrem. Idem enim qui

a *Deum agnoſcere, ut parentem*. Clericus *in Bibl. Antiq. & Nov.* cap. IX. legit: *ut præſentem*. Daviſ. vero has duas voces omnino delet, & ſtatim poſt *agnoſcere*, appoſita coma, proſequitur: *eumque metuere, ut Dominum, diligere, ut patrem*. At quum antiquiſſimi Mss. Codices, & libri omnes typis editi eandem lectionem exhibeant, omnia retinenda eſſe cenſeo; & quidem non incongrue; nam etſi plurimi Deum, ut parentem omnium cognoſcant, non tamen uti proprium, ſummumque patrem diligunt. Unde per Malachiam idem ipſe ait: *Si ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* Adde, ſi placet, conjecturam Noſtram, qui aliquan-

qui nos genuit [b], qui vitali ſpiritu animavit, qui alit,qui ſalvos facit.Habet in nos non modo, ut pater, verum etiam ut dominus licentiam verberandi, & vitæ,ac necis poteſtatem[c], unde illi ab homine duplex honos, id eſt, amor cum timore debetur.

---

quando reſtituere tentavimus ex utroque codice: *Deum agnoſcere, ut Patentem*: I. E. Tanta certitudine intelligere, neceſſariam eſſe divini Opificis exiſtentiam, quanta cognoſcimus id, quod mente, & ſenſibus comprehendimus; ſecundum ea, quæ ſuperius annotavimus cap. antecedenti ſeg. 2. nota (e).

b *Idem enim, qui nos genuit*. Sic Bon. Aldus, & Taur. niſi quod ex hoc Tò *qui* excidit. Vulgati vero, *Is enim* &c.

c *Vitæ, ac necis poteſtatem*. Vide dicta ad Lib.IV. cap. III. ſeg. 15., & cap. IV. ſeg. 11. Daviſius ſcribendum eſſe putat: *habet in nos .... præter licentiam verberandi, & vitæ, & necis* &c.

5

Secundum juſtitiæ officium [a] eſt, hominem agnoſcere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, & univerſos ad juſtitiam, vitamque æternam pari conditione generavit, fraterna utique neceſſitudine cohæremus, quam qui non agnoſcit, injuſtus eſt.

R 2 Sed

---

a *Secundum juſtitiæ officium*. Vide Lib. V. cap. I. a ſeg. 2.

6

Sed origo hujus mali, quo ſocietas inter ſe hominum, quo neceſſitudinis vinculum diſſolutum eſt, ab ignoratione veri Dei naſcitur [a]. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus eſſe nullo pacto poteſt [b]. Inde eſt, quod ex eo tempore, quo dii multi conſecrari ab hominibus, colique cœperunt, fugata, ſicut poetæ ferunt, juſtitia [c], ſic diremptum eſt omne fœdus, direpta ſocietas juris humani [d].

Tum

a *Diſſolutum eſt, ab ignoratione veri Dei naſcitur.* Sic in utroque codice, & apud Aldum. Al. *diſſolvitur, ab ignorantia* &c.

b *Nullo pacto poteſt.* Al. *nullo modo.*

c *Inde eſt, quod ex eo tempore, quo Dii multi conſecrari ab hominibus, colique cœperunt, fugata, ſicut pœtæ ferunt, juſtitia* &c. Antiquæ huic Mss. lectioni particulam *eſt*, utpote ad integritatem periodi neceſſariam, Pfaffius, & alii poſuerunt, ſed male; nam hæc eſt metaphorica locutio ad id reſpiciens, quod Lib. V. cap. v. ſeg. 2. nota (a) dictum eſt. Al. pro *ferunt*: legunt *ajunt*. Bun. vero omni ſublato verbo lectionem continuat uſque ad finem hujus ſegmenti, delendo particulam *ſic*, quam Al. ſtatim addunt.

d *Sic diremptum eſt omne fœdus, direpta eſt ſocietas juris humani.* Hæc eſt lectio utriuſque codicis; niſi quod in Bon. legitur: *ſicut diremptus* &c. legerem cum Daviſio: *fugata, ſicut poetæ ferunt, juſtitia, direptum eſt omne fœdus, dirempta ſocietas generis humani.*

7

Tum ſibi quiſque conſulere [a], jus in viribus computare [b], nocere invicem, fraudibus aggredi, dolis circumſcribere, commoda ſua aliorum incommodis [c] adaugere: non cognatis; non liberis, non parentibus parcere [d], ad necem hominum pocula temperare [e], obſidere cum ferro vias, maria infe-

a *Tum ſibi quiſque conſulere*. Sic in Mss. Pfaffius edidit: *quum ſibi quiſque conſulere*. Daviſius: *tum ſibi quiſque conſulens*: Langletius monet ſubintelligendum eſſe: *cœpit*.

b *Jus in viribus computare*. Mela de Germanis ſui temporis loquens ait Lib. III. cap. III. *jus in viribus habent*. Quod etſi potius ferarum ritus, quam jus humanum dicendum eſſet; tamen inventus eſt Hobbeſius nullius religionis homo, qui docere eſt auſus: *In ſtatu hominum naturali, potentiam certam, & irreſiſtibilem, jus conferre regendi, imperandique in eos, qui reſiſtere non poſſunt; Adeo ut omnipotentiæ ab ea cauſſa, omnium rerum agendarum jus eſſentialiter, & immmediate adhæreat. Lib. de Civ.* cap. I. §. XIV. fin. Dignus propterea quod mitteretur ad beſtias, & ſuo periculo ſocios doceret, quibus parendum, quibus eſſet imperandum; vi juris menſuram conferente.

c *Aliorum incommodis*. Sic cum Bon. alii omnes excepto Taurin. in quo habetur *aliarum commodis*.

d *Non parentibus parcere.* Sic etiam Aldus. Iſæus, & alii quidam: *nec parentibus*.

ſtare, libidini autem, quo furor duxerit *f*, fræna laxare, nihil denique ſancti habere, quod non cupiditas infanda violaret.

---

e *Pocula temperare*. Intellige, parare venena alicui. Vide Lib. III. cap. VIII. ſeg. 28.

f *Quo furor duxerit*. Bon. *duxerat*. Cell. *eduxerit*. Al. *qua furor*. Al. *furore*.

8

Quum hæc fierent, tum leges ſibi homines codiderunt [a] pro utilitate communi, ut ſe interim [b] tutos ab injuriis facerent. Sed metus legum non ſcelera comprimebat; ſed licentiam ſubmovebat. Poterant enim leges delicta punire, conſcientiam munire, non poterant [c].

---

a *Tum leges ſibi homines condiderunt*. En legum humanarum origo, ex qua pœnarum terrore homines a ſceleribus arceri cœperunt.

b *Ut ſe interim*. Daviſius mallet: *ut ſe invicem*.

c *Conſcientiam munire, non poterant*. Sic revera in utroque Ms., ac in aliis pleriſque: Unde lectionem retinemus, etſi cap. VIII. *de Ira Dei* ſeg. 9. Noſter dixerit: *leges conſcientiam punire non*, ut heic legit cum nonnullis Bun. En quid operantur leges ſine religione.

9

Itaque quæ ante palam fiebant, clam [a] fieri

fieri cœperunt [b]. Circumſcribi etiam jura, ſiquidem ipſi præſides legum, præmiis, muneribuſque corrupti, vel in remiſſionem [c] malorum, vel perniciem bonorum [d] ſententias venditabant. His accedebant diſſentiones, & bella, & mutuæ deprædationes: & oppreſſis legibus ſæviendi poteſtas licenter aſſumpta.

a *Ita quæ ante palam fiebant, clam* &c. Sic etiam Aldus. Ms. Taurinen. *Itaque quæ antea palam cœperunt circumſcribi.*

b *Circumſcribi etiam jura. Subintellige cœperunt.*

c *In remiſſionem.* Sic in Cod.Taurinen. Al. *remunerationem*. Bon. *in remuneratione*.

d *In pernicem juſtorum.* Ms. Taurinen. *in pernicem bonorum*. Aldus legit nobiſcum.

C A P. L X.

§ I §

IN hoc ſtatu quum eſſent humanæ res, miſertus eſt noſtri Deus, revelavit ſe nobis, & oſtendit; ut in ipſo religionem, fidem, caſtitatem, miſericordiam diſceremus; ut errore vitæ [a] prioris abjecto, ſimul quum ipſo

R 4 Deo

a *Ut errore vitæ* &c. uſque ad: *noſceremus.* Omiſſa ſunt in editione Pfaffiana; extant autem in utroque Ms.

Deo noſmetipſos, quos impietas diſſociaverat, noſceremus, legemque divinam, quæ humana cum cæleſtibus copulat, tradente ipſo Domino, [b] ſumeremus: qua lege univerſi, quibus irretiti fuimus [c], errores cum vanis, & impiis ſuperſtitionibus tollerentur.

Ms. ſed in Bon. & in Longob. Aldi pro *noſceremus* iterum legitur: *diſceremus*. Unde Daviſius legendum cenſuit: *noſcere diſceremus*.

b *Tradente ipſo Domino*. Taur. Ms. *tradentem*.

c *Irretiti fuimus*: Sic etiam Aldus. Ms. Taur. *irriteti ſumus*.

2

Quid igitur homini debeamus, eadem illa lex præſcribit [a], quæ docet quicquid homini præſtiteris, Deo præſtari [b].

---

a *Quid igitur*. Bon. Ms. *quid enim*.

b *Deo præſtari*. Sic in utroque Ms. ſed in editione Pfaffiana, & in aliis nonnullis: *præſtare*. Noſter heic ad verba Chriſti Domini reſpicit, quæ habentur Matth. x. ℣. 40. xxv. 45. Joh. xiii. ℣. 20.

3

Sed radix juſtitiæ, & omne fundamentum æquetatis eſt illud, ut non facias ulli [a], quod pati nolis; ſed alterius animum de tuo metieris

tieris [b]. Si acerbum eſt injuriam ferre, & qui eam fecerit, videtur injuſtus: transfer in alterius perſonam, quod de te ſentis [c], & in tuam, quod de altero judicas, & intelliges, tam te injuſte facere, ſi alteri noceas, quam alterum, ſi tibi.

---

a *Vt non facias ulli, quod pati nolis*. Sic in Noſtro Bon. Cod. At in Taur. & aliis Tò *nulli* deſideratur. Al. *ut ne*. Al. abſolute, *ut facias*. Reſpicit Author non ſolum ad vulgatum jurium naturalium fundamentum; verum etiam ad id, quod divinus præceptor docuit: Luc. VI. ℣. 31. *Et prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter*. Pfaff. *Vide ne facias* &c. Aldus. *Vide ut ne*. Al. *unde ne*.

b *De tuo metieris*. Sic Aldus. Bon. *mitiaris*. Al. *metieris*.

c *Quod de te ſentis*. Sic etiam Aldus. Al. *quod in te*.

4

Hæc ſi mente volvamus [a], innocentiam tenebimus, in qua juſtitia velut primo in gradu conſiſtit [b], Primum eſt enim [c] non nocere, proximum prodeſſe [d].

Sed

---

a *Si mente volvamus*. Al. *volvemus*.

b *Veluti in primo gradu conſiſtit*. Taur. *velut primo gradu inſiſtit*. Daviſ. *in qua juſtitiæ*, *velut primus gradus conſiſtit*.

c *Primum eſt enim*. Al. *primus eſt enim*. Aldus nobiſcum legit.

d *Proximum prodeſſe*. Bon. *proximo*; *ſed prodeſſe*, *&*, ſicuti edidit Iſæus. In Ms. vero codice verba iſta ſunt punctis inſignita, more corrigendorum. Ms. Taur. copulam *&* mutat in *Sed*. & ſic Aldus. Schottus, *ſecundus*, *& prodeſſe*.

5

Sed ſicut in rudibus agris priuſquam ſerere incipias, evulſis ſentibus, & omnibus ſtirpium radicibus [a] amputatis, arva purganda ſunt [b]: ſic de noſtris animis prius vitia detrahenda, & tunc demum virtutes inſerendæ [c], de quibus ſeminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriantur.

a *Omnibus Stirpium radicibus*. Al. *omnium* &c.
b *Purganda ſunt*. Secundum hocce verbum, quod in Bon. abeſt, ex Taur. reſtituimus.
c *Virtutes inſerendæ*. Anonym. Britt-n. *virtutis inſerendæ*.

CAP. LXI.

1

Tres affectus [a], vel (ut ita dicam [b]) tres furiæ ſunt [c], quæ in animis hominum tan-

a *Tres affectus*: Vide cap. XIX. Lib. VI. ſeg. 4.

tantas perturbationes cient [d],& interdum cogunt ita delinquere [e],ut nec famæ,nec periculi ſui reſpectum habere[f], permittant: ira, quæ vindictam cupit [g]; avaritia, quæ deſiderat opes; libido,quæ appetit voluptates.

His

---

b *Vt ita dicam*. Secunda vox in Ms. Taur. deſideratur.

c *Furiæ ſunt*. Al. *furcæ*: Al. verbum ſequens omittunt.

d *Perturbationes cient*. Al. *ciunt*, Al. *cieunt*.

e *Et interdum cogunt ita delinquere* &c. I. E. *vehementer urgent*. Sicuti apud Virgil. III. Æn. ℣. 16.

. . . . *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

Hanc expoſitionem approbant etiam, qui extra Eccleſiam Dei ſunt; diſplicuit tamen Bunemanno, quod Iſæus, Lutherum, & Melanchthonem inter eos recenſuerit, qui ſtatuunt: *Peccata eſſe inevitabilia quæ ab adpetitu, atque ab adfectibus noſtris proficiſcuntur*. eumque *impudentiſſime mentiri*, aſſeruit; Calumnia tamen hæc eſt; nam tam Lutherus, quam Melanchthon in libris ſuis non ſolum; ſed etiam in Confeſſionibus, quas vocant *Auguſtanam*, & *Saxonicam*, id docent; & expreſſe eandem doctrinam tradit J. F. Buddeus *Inſt. Dogm.* Lib. III. cap. II. §. XXX. nota 1. pag. 606. eorundem principiis inhærens.

f *Reſpectum habere permittant*: Sic Cod. uterque. Al. addunt *& curam*.

g *Ira, quæ vindictam cupit*. Cod. Taurin. *Iram quæ*.

2

His vitiis ante omnia [a] reſiſtendum eſt, hæ ſtirpes eruendæ, ut virtutes inſeri poſſint[b]. Hos affectu Stoici [c] amputandos, Peripatetici [d] temperandos putant. Neutri eorum recte [e], quia nequein totum detrahi [f] poſſunt, ſiquidem natura inſiti [g] certam habent, magnamque rationem: neque diminui [h], quoniam ſi mala ſunt, carendum eſt etiam temperatis, & mediocribus [i]; ſi bona integris abutendum eſt [k].

---

a *His vitiis ante omnia*. Duo poſtrema verba in Cod. Taurin. deſiderantur.

b *Ut virtutes inſeri poſſint*. Sic in Taur. Al. cum Bon. *ſeri poſſint*.

c *Stoici*. Vide Lib. VI. cap. XVI. ſeg. 7.

d *Peripatetici*. Vide Lib. VI. cap. XV. ſeg. 1. ſeq.

e *Neutri eorum recte*. Bon. *Neuter* &c.

f *In totum detrahi*. Sic in utroque Codice, ac in editis, præter quam in editione Pfaffiana, in qua primæ duæ voces ſunt omiſſæ.

g *Siquidem natura inſiti*. Bon. *naturam*.

h *Neque diminui*. Bon. *deminui*. Al. *minui*.

i *Temperatis, & mediocribus*. Prima vox in Bon. deſideratur.

k *Abutendum eſt*: Iſæus: *adutendum eſt*.

3

Nos vero neque dethraendos, neque mi-

minuendos eſſe dicimus. Non enim per ſe mala ſunt, quæ Deus homini rationabiliter inſeruit [a]: ſed quum ſint utique naturæ bona, quoniam ad tuendam vitam ſunt attributa, male utendo fiunt mala [b]; & ſicut fortitudo [c] ſi pro patria dimices, bonum eſt, ſi contra patriam, malum [d]: ſic & affectus, ſi ad uſus bonos habeas [e] virtutes erunt: ſi ad malos, vitia dicentur.

---

a *Rationabiliter inſeruit*. Ms. Taur. *Inſerit*. Voſſius apud Bun. ſe metuere ait, ne Tò *rationabiliter* ſit barbarum; ſed Bun. Hieronymi, Sulp. Sever., & Amm. Marcell. affert exempla. Senec. Epiſt. CIX. *rationaliter* ſicuti heic edidit Iſæus. Adde Syпontinum in *rationale*.

b *Fiunt mala*. Bon. *fiant mala*.

c *Et ſicut fortitudo*: Sic in utroque Cod. Al. *ſicut ſi fortiſſime*.

d *Si contra patriam, malum eſt*. Sic in Cod. Bon. At in Taur. verbum ultimum non legitur.

e *Habeas*. Taur. *habeat*. Aldus ex Longob. *adhibeas*.

4

Ira igitur ad coercitionem [a] peccatorum, id eſt ad regendam ſubjectorum diſciplinam data

---

a *Ad coercitionem*. Sic etiam Aldus. Al. *ad correctionem*: Iſæus, e Cellar. *ad coertionem*.

data eſt a Deo [b], ut metus licentiam comprimat, & compeſcat audaciam. Sed qui terminos ejus ignorant [c], iraſcuntur paribus, aut etiam potioribus [d]. Inde ad immania facinora proſilitur, inde ad cædes, inde ad bella conſurgitur.

---

b *Data eſt a Deo*: Sic in noſtro Bon. Cod. Al. omittunt duas voces poſtremas.

c *Sed qui terminos ejus ignorant*. Bon. Aldus, & Thom. *ignorat*.

d *Iraſcuntur paribus*, *aut etiam potioribus*. Bon. *iraſcitur*. Pfaffius, Aldus, & alii quidam: *fortioribus*. Al. copulam *&* pro *etiam* habent.

5

Cupiditas [a], vero ad deſideranda, & conquirenda vitæ neceſſaria tributa eſt. Sed qui neſciunt fines ejus, inſatiabiliter opes congerere nituntur [b]. Hinc venena [c], hinc circumſcriptiones, hinc falſa teſtamenta [d], hinc

---

a *Cupiditas vero*. Sic in Bon. Cod. antiquiori, in quo ſecunda vox punctis inſignitur; in aliis duobus deeſt. Pfaff. edidit: *Cupiditas quoque*: quem Aldus ſecuti ſunt ex Ms. Cod. Taur.

b *Opes congerere*. Vide Lib. VI. cap. XIX. ſeg. 10.

c *Hinc venena*. Bon. *Hinc benena*.

d *Falſa teſtamenta*. Sic in utroque Codice, apud Aldum

hinc omnia fraudum genera eruperunt [e].

Aldum, & in Iſæana editione; quam non vidiſſe Bunemannum, neceſſe eſt, dicere, quum heic ait: *antea in omnibus editis, teſtimonia, quod hic ineptum* &c.

e *Hinc omnium fraudum genera eruperunt*. Sic in Bon. Ms. Cod., ac in Taurin.. Al. *erupere*, ſicuti Iſæus ediderat.

6

Libidinis autem affectus ad procreandos [a] filios inſitus, & innatus eſt [b]; ſed qui limites ejus animo non tenent [c], utuntur eo ad ſolam voluptatem. Inde illiciti amores [d], inde adulteria, & ſtupra, inde omnes corruptelæ oriuntur.

a *Ad procreandos filios*. Sic in Bon. Cod. At Taurin. & ex eo Pfaffius: *liberos*.

b *Inſitus, & innatus eſt*. Bon. *& natus eſt*.

c *Animo non tenent*. Pfaff. ex Ms. Taur. *in animo*.

d *Illiciti amores*. Sic etiam Aldus. Ms. Taurin. *Illicet amores*. Al. *illiciti amores nuptiæ*. Al. *illicitæ nuptiæ* &c.

7

Redigendi ſunt ergo iſti affectus intra fines ſuos, & in viam rectam [a] dirigendi,

in

in qua etiamſi ſint [b] vehementes; culpam tamen habere non poſſunt.

---

a *Et in viam rectam dirigendi*. Sic in Ms. Taurin., ut legendum eſſe, conjecerat Iſæus. In Bon. vero iterum legitur: *redigendi*. Sicuti habet etiam Aldus. Al. præpoſitionem omittunt. Schottus; *vocandi*.
b *Etiamſi ſint*. Sic in utroque Cod. Al. *etſi*. Al. *ſunt*.

CAP. LXII.

1

COhibenda eſt ira, quum patimur injuriam, ut & malum comprimatur, quod ex certamine impendet, & ut duas maximas virtutes innocentiam, patientiamque [a] teneamus.

---

a *Et duas maximas virtutes, innocentiam, patientiamque*. Sic in utroque Codice; At Al. cum Iſæo legunt: *& ut duas .... innocentiam, & patientiam*. Vide Lib. VI. Cap. XVIII. ſeg. 26.

2

Avaritia frangatur [a], quum habemus, quod

---

a *Avaritia frangatur*: Sic bene Aldus, & Mss. Codd. Al. *frangitur*.

quod ſatis eſt. Quis enim furor eſt, in his congerendis [b] laborare, quæ aut latrocinio, aut proſcriptione [c], aut morte ad alios neceſſe ſit pervenire [d]?

b *In his congerendis*. Taur. *in his coacervandis*.
c *Aut latrocinio, aut proſcriptione*: Sic Codices ambo noſtri, Aldus, & Alii nonnulli; Sed quidam interſerunt: *aut furto*. Al. *aut furore*.
d *Ad alios neceſſe ſit pervenire*. Sic in Codd. Mss ambobus, & ſic apud Aldum. Al. cum Iſæo: *facile ſit*.

3

Libido extra legitimum torum non evagetur, ſed creandis liberis ſerviat. Appetentia enim nimia voluptatis, & periculum pariter & infamiam [a] generat, & (quod eſt maxime cavendum) mortem acquirit æternam [b]. Nihil eſt enim [c] tam inviſum Deo, quam mens inceſta, & animus impurus.

a *Et periculum pariter, & infamiam* &c. Sic in noſtro Bonon. Ms. Cod. & ſic Aldus. Al. *& periculum parit*. Al. *& infaniam*. Aldus legit nobiſcum.
b *Mortem acquirit æternam*. Sic Aldus Bon. *acquirat*. Al. *incurrat*, aut *incurrit*.
c *Nihil eſt enim*. In Taurin. Cod. ultima vox deſideratur.

4

Nec hac ſola voluptate abſtinendum ſibi quis putet [a], quæ capitur ex fœminei corporis [b] copulatione ; ſed & cæteris voluptatibus ſenſuum reliquorum ; quia & ipſæ ſunt vitioſæ , & ejuſdem virtutis eſt eas contemnere .

a *Sibi quisputet* . Sic plerique Cod. Alii vero : *ſibi putet* .

b *Ex foeminei corporis* . Bon. *corpus* .

5

Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulchritudine , aurium de vocibus canoris [a], & ſuavibus , narium de odore jucundo , saporis de cibis dulcioribus [b],quibus omnibus [c] virtus repugnare fortiter debet , ne his illecebris irretitus [d] animus a cœleſtibus ad terrena ,

a *De vocibus canoris* , *& ſuavibus* . Sic etiam Aldus . In Ms. Taurin. hæc deſunt . Iſæus edidit : *& ſuavitatibus* . Pfaffius : *Forſan* , inquit ; *legendum* ; *ſuavioribus* . Al. *ſuaſionibus* . Al. *ſuavioribus* . Vide Lib. VI. cap. XXI. ſeg. I.

b *De cibis dulcioribus* . Sic Aldus , & in Cod. Bon. At in Taurin. *dulcibus* . Pfaff. legit nobiſcum .

c *Quibus omnibus* . Bon. *qui omnibus* .

d *Ne his illecebris irretitus* . Bon. *inlecebris inretitus* .

rena, ab æternis ad temporalia, a vita immortali [e] ad pœnam perpetuam deprimatur.

e *A vita immortali*. Bon. *ad vita*.

6

In ſaporis, & odoris voluptatibus [a] hoc periculum eſt, quod trahere ad luxuriam poſſunt [b]. Qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem, aut, ſi habuerit, abſumet, & aget poſtmodum vitam deteſtabilem. Qui autem rapitur auditu [c] (ut taceam de cantibus, qui ſenſus intimos [d] ita ſæpe deliniunt, ut etiam ſtatum mentis furore perturbent [e]) compoſitis certe orationibus [f], numeroſiſque carminibus, aut

a *Et odoris voluptatibus*: At Pfaffius edidit, ut habetur in Cod. Bon. *voluptate*. Lego cum Taurinenſi ob ea, quæ ſequuntur.

b *Ad luxuriam poſſunt*. Sic etiam Aldus. Al. *poterit*. Al. *poterunt*.

c *Rapitur auditu*. Heum. *capitur* ex Anonym. Brittanno.

d *Senſus intimos*: Sic in utroque Codice, quamquam in editione Pfaffiana ſecunda vox ſit omiſſa.

e *Ut etiam ſtatum mentis furore perturbent*. Sic in utroque Codice Mss. antiquiori. At Cellarius, & alii quidam: *Status mentis furore perturbetur*. Aldus:

argutis a diſputationibus ad impios cultus facile traducitur [f].

dus : *ſtatum .... perturbent* . Cantus, qui mentis humanæ ſtatum perturbare valeant, non i ſunt, quibus homines oblectantur ; ſed potius carmina illa , quæ a maleficis adhibentur , & *incantationes* , ſeu *incantamenta* dicuntur , de quibus Plin. Lib. XVIII. cap. II. ait : *Maximæ quæſtionis , & ſemper incertæ eſt ; valeat ne aliquid verba , & incantamenta carminum* .

f *Compoſitis certe orationibus* . Sic etiam Aldus . Optime Daviſius Iſæanam editionem corrigit , claudendo ante hæc verba parentheſin ; nam iſta non reſpiciunt cantus , qui ſtatum mentis immutare poſſe putabant pagani ; ſed vel ſolutas , vel vinctas numeris orationes illas , quibus capi mentes , ac quo voluerit impelli ab iis , a quibus proferuntur noſter dixit Lib. VI. cap. XXI. ſeg. 4. Unde hæc deſumpta ſunt . Al. legunt : *ceteris* . Al. *certis orationibus* . Heum. *compoſitis arte orationibus* : ſcilicet *artificioſis* : quæ expoſitio verbis congruit maxime ſequentibus .

7

Inde eſt quod ſcriptis cœleſtibus , quia videntur incompta , non facile credunt [a], qui aut ipſi [b] ſunt diſerti, aut diſerta legere malunt

a *Non facile credunt* . Sic in utroque Ms. & apud Aldum Al. vero habent : *non facille crediderunt* . Vide ubi ſupra .

b *Quia aut ipſi* : Sic Cod. Bon. Al. *qui aut ipſi*

ſunt c non quærunt vera, ſed dulcia d: imo illis hæc videntur eſſe veriſſima, quæ auribus blandiuntur e. Ita reſpuunt veritatem, dum ſermonis ſuavitate f capiuntur.

---

c *Legere malunt*. Sic etiam Aldus Al. *volunt*.

d *Sed dulcia*. Al. *ſed dubia*. Aldus nobiſcum legit.

e *Quæ auribus blandiuntur*. Appoſite heic Daviſius verſus Lucretii recitat ex Lib. I., repetendos tamen altius a ℣. 643. nimirum:

Omnia enim ſtolidi magis admirantur; amantque
Inverſis quæ ſub verbis latitantia cernunt;
Veraque conſtituunt, quæ belle tangere poſſunt
Aures, & lepido quæ ſunt fucata ſonore.

f *Sermonis ſuavitate*: Sic Mss., Aldus, & editi meliores. Spark., Gall., Cellar. &c. *ſermonis varietate*.

8

Voluptas vero, quæ ſpectat ad viſum, multiformis eſt. Nam quæ percipitur ex rerum pretioſarum pulchritudine, avaritiam concitat, quæ aliena eſſe debet a ſapiente, atque juſto: quæ autem capitur de ſpecie mulierum, in alteram cadit voluptatem a, de qua jam ſuperius locuti ſumus.

---

a *In alteram cadit voluptatem*. Sic in Bon. Codice, & ſic Pfaffius legendum eſſe & Bunemannus monuit. Is tamen, & alii legere maluerunt: *in alteram rapit voluptatem*. Al. capit.

C A P. LXIII.

I

SUpereſt de ſpectaculis [a] dicere, quæ quoniam potentia ſunt [b] ad corrumpendos animos, vitanda ſapientibus; & cavenda ſunt, quod ad celebrandos [c] deorum honores inventa memorantur.

Nam

a *Supereſt de Spetaculis* &c. Hinc in opere acephalo cap. IV., aut VI. deſumebat initium; & in membranis quibusdam Ottobonianis, in quibus nulla adeſt Capitulorum diſtinctionis nota, ſcriptum vidi: *Lactantii Firmiani de Spectaculis. Si permiſſum eſt de Spectaculis dicere* &c. Cætera ut in impreſſis uſque ad cap. hujuſce finem.

b *Quoniam potentia ſunt*. Sic in utroque Ms. codice. Non enim verum eſt in Bonon. legi *potentiora*, ut ex Iſæo, & Thomaſio ediderunt Heum., & Bunem.

c *Et cavenda ſunt*; *quod ad celebrandum* &c. Sic Aldus, & Bon. In Taurin. vero: *& cavenda ſunt tum quod ad celebrandos*: Al. *cavenda ſunt totaliter*: Al. *taliter*. Al. *& condenda ſunt* &c. Al. *& contenta*. Al. *& contemnenda*. Al. *& continenda*: Bun. fingit, approbante Heumanno: *cavenda ſunt in totum*. Daviſius vero codicis Taurinenſis lectionem tuetur, quam ſic exponit. *Duplex affertur ratio, cur ſpectaculis ſit abſtinendum. Primo, quia mentibus hominum corrumpendis nata ſint: Deinde quod falſis Diis ſint conſecrata*: & qui-

& quidem conſone ad ea, quæ Lactantius habet L. IV. cap. xx. ſeg. 33. ſed particula *tum* incomodam reddit lectionem.

2

Nam munerum editiones [a] Saturni feſta ſunt. Scena Liberi [b] patris eſt. Ludi vero Circenſes Neptuno dicati putantur, ut jam qui ſpectaculis intereſt[c], relicto Dei cultu, ad prophanos ritus tranſiiſſe videatur.

a *Nam munerum editiones.* Vide ubi ſupra ſeg. 35. In Ms. Taur. *nam numerum* in Bon. *nam munera*, quæ lectio eſt præferenda aliis ſi ſequens vox: *editiones*: non eſſet appoſita; maxime ſecundum Cellarium, qui ſtatim addit: *Saturno facta ſunt.* Ubi Al. legunt *Saturni feſta ſunt.* Al. cum Schotto: *editiones Saturno facta* &c. Libro mox laudato Noſter habet: *venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributæ ſunt.*

b *Scena Liberi .... Circenſes Neptuno* &c. Vide ubi ſupra.

c *Qui ſpectaculis intereſt.* Sic Aldus; & ſic Ms. uterque codex. At Iſæus, & alii quidam: *qui ſpectat, vel intereſt*:

3

Sen ego de re malo dicere, quam de origine. Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio eſt? Ideo ſanctiſſimis

legibus vita noſtra munitur [b], ideo bella execrabilia ſunt. Invenit tamen [c] conſuetudo, quatenus homicidium ſine bello, ac ſine legibus faciant, & hoc ſibi voluptas quod ſcelus vindicavit [d].

a *Quam hominis trucidatio eſt?* Taur., & alii quidam ultimam vocem omittunt.

b *Sanctiſſimis legibus vita noſtra munitur*. Sic Ms. vetuſtiores codices, cum Aldo quidam editi habent *mulctatur*, aut *multatur*. Al. *ſeveriſſimis*.

c *Invenit tamen*. Sic Aldus. Bon. *venit tamen*: Taur. *Invenit autem*. Al. *inventa*.

d *Et hoc ſibi voluptas, quod ſcelus vindicavit*. Sic in utroque codice, niſi quod in Taur. *vindicabit*. Al. cum Aldo addunt *cædibus*, & pluribus lectionem divexant modis. Aldus nobiſcum legit. Tomaſ. *hoc ſit voluptas quod ut ſcelus vindicent*.

4

Quod ſi intereſſe homicidio ſceleris conſcientia eſt [a], & eidem facinori ſpectator obſtrictus eſt, cui & admiſſor [b]; ergo & in his gla-

a *Conſcientia eſt*. I. E. *conſenſus*; utique peccaminoſum, quoties homicidium voluntarium quum poteſt, non impeditur, aut cum delectatione ſpectatur.

b *Eidem facinori ſpectator obſtrictus eſt, cui & admiſſor* &c. Sic in utroque codice; niſi quod Taurin. abet: *peccator obſtrictus eſt*. Vulgati vero exhibent cum

gladiatorum cædibus [c] non minus cruore perfunditur, qui ſpectat, quam ille qui facit: nec poteſt eſſe immunis a ſanguine, qui voluit effundi, aut videri non interfeciſſe, qui interfectori & favit [d], & præmium poſtulavit.

---

cum Iſæo; *eodem facinore ... quo.* Notat Bunem. quod vox *admiſſor* ſolum apud Auguſtinum reperit. Sed vide ad hanc vocem Diſſ. XXI. cap. 1. §. 1.

c *Et in his gladiatorum cædibus*. Sic in utroque Ms. codice. Al. vel copulam omittunt, vel pro *cædibus*, legunt *ſceleribus*.

d *Et favit.* Sic in utroque codice, niſi quod Bon. habet: *& favit*. Pfaffius edidit cum Iſæo: *& favet*.

5

Quid ſcena [a]? num ſanctior? in qua comœdia de ſtupris, & amoribus [b], tragœdia de inceſtis, & parricidiis fabulatur.

---

a *Quid Scena*. Hinc animadverte quot ſpectaculorum genera Scenam, ſeu Theatrum Paganis exhibebat.

b *De ſtupris, & amoribus*. Taur. *de ſturis* &c.

6

Hiſtrionum [a] etiam impudici geſtus, qui-

---

a *Hiſtrionum*. Sic Taurin. Al. cum Bon. *Hiſtrionici*.

quibus infames fœminas imitantur, libidines quas ſaltando exprimunt, docent. Nec minus Mimus [b] corruptelarum diſciplina eſt, in quo fiunt [c] per imaginem, quæ pudenda ſunt, ut fiant ſine pudore, quæ vera ſunt [d].

b *Nec minus Mimus*. Aldus. *Non minus corruptelarum*. Al. *Annon*. &c. Taur. *nec minus*. Daviſ. *nec non* &c. Bun. *Puto*, inquit, illud *minus abſorbuiſſe* ignotius *mimus*; poſſes & hoc ordine gratiori legere: *Nec minus corruptelarum diſciplina mimus eſt, in quo* &c. Quatuor heic ſpectaculorum genera recenſentur, quæ in ſcena agitari conſueverant apud paganos, & ſceleribus referta a Cicerone dicuntur. De ſingulis dicemus Diſſ. XXVII. c. XVII. §. XI., & Diſſ. XXVIII. cap. IV. §. XVI. ſeq.

c *In quo fiunt*. Sic etiam Aldus. Al. *in qua* cum Taurin. Nos cum Bon., & melioribus legimus.

d *Quæ pudenda ſunt; ut fiant ſine pudore, quæ vera ſunt.* Hæc eſt lectio Ms.Cod. Taur. in Bon. vero, Pfaffius, & Iſæus legunt: *quæ non ſunt*. I. E. fiunt per imaginem, quæ vera non ſunt; ſed ad hoc fiunt, ut ſine pudore exerceantur pudenda illa in ſcena adumbrata. Unde etiam ex hoc fine peccaminoſa erant ſpectacula Paganorum.

7

Spectant hæc adoleſcentes [a], quorum lubrica ætas, quæ frænari, ac regi debet, ad vitia, & peccata his imaginibus eruditur. Cir-

a *Spectant hæc adoleſcentes*. Bon. *Adoleſcentes*.

8

Circus vero innocentior exiſtimatur [a]; ſed major hic furor eſt, ſiquidem mentes ſpectantium tanta efferuntur inſania [b], ut non modo in convitia, ſed etiam in rixas, & prælia [c], nec non & contentiones ſæpe conſurgant [d].

---

a *Circus vero innocentior exiſtimatur*. Sic in utroque Ms. Cod. Iſæus: *Circus non innocentior æſtimatur*. Eum Pfaffius relicto Taur. Ms. ſecutus eſt in permutatione ſecundæ vocis; ſed male.

b *Tanta efferuntur inſania*. Sic habent Codices ambo, & Aldus at Cellarius, & alii quidam: *tanta feruntur*. Al. *tanta efferantur*.

c *Nec non & in prælia*. Bon. *in proelia*. In Taur. *ſed etiam in rixas, & prælia*. Cæteris, quæ mediant, omiſſis. Vide Plin. Lib. IX. Epiſt. VI. Tertul. *de Spect.* cap. XVI. Haſce rixas excitabant factionarii, de quibus aliqua notavimus ad L. VII. cap. v. ſeg. 32. (a).

d *Sæpe conſurgant*. Sic in utroque Ms. Cod., niſi quod in Bon. ultimi quatuor characteres punctis quibusdam ſunt inſigniti. In membranis Ottobonianis legitur: *ſæpe conſurgitur*.

9

Fugienda igitur omnia ſpectacula, ut tranquillum mentis ſtatum tenere poſſimus. Renuntiandum noxiis voluptatibus, ne deleniti [a] ſuavitate peſtifera in mortis laqueos incidamus [b]. CAP.

---

a *Ne deleniti*. Sic in Cod. Taur., & quidem optime

me, ut Burman. ad Buchanan. notat Tom. I. p. 179. relicta lectione Cod. Bon., & aliorum, qui habent: *ne deliniti*. Quamquam enim utraque vox idem ſignificare poſſit, ea tamen, quam retinemus heic aptior eſt. Plaut. *Aſinar.* A. II. Sc. IV. ℣. 28. *Vah delenire apparas*. Adde Cicer. *Pro Cælio* cap. xv.

b *In mortis laqueos*. Hæc eſt germana Bon. Codi lectio; ſed in Taur. habetur: *in mortis plagas*. Utramque vocem diverſis locis; ſed eadem ſignificatione Noſter uſurpare conſuevit.

CAP. LXIV.

§. 1 §.

PLaceat ſola virtus [a], cujus merces immortalis eſt, quum vicerit voluptatem. Superaris autem affectibus [b], & perdomitis voluptatibus, facilis in comprimendis cæteris [c] labor eſt ei, qui ſit Dei [d] veritatiſque ſe-

a *Placeat ſola virtus, cujus merces*. Bon. *hujus merces*. Al. *placet* &c. Aldus nobiſcum legit.

b *Superatis autem affectibus*. Iſæus edidit: *ſuppoſitis autem* &c. Aldus noſtram tenet lectionem.

c *In comprimendis cæteris*. Poſtrema vox in Bon. non habetur; ſed neceſſaria eſt.

d *Labor eſt ei, qui ſit Dei*. In Taur. legitur: *labor Dei*, iis, quæ mediant, omiſſis. Anonym. Brittanus, & Heum. *labor eſt Dei* &c.

ſectator [e]: non maledicet unquam [f], qui ſperabit a Deo benedictionem. Non pejerabit [g], ne Deum ludibrio habeat; ſed ne [h] jurabit quidem [i], ne quando vel neceſſitate, vel conſuetudine in perjurium cadat.

---

e *Sectator*. Heum. ex Anonym. Britt. *ſectatori*; ſed ab iis heic diſſentit Bunem., qui antecedentem eorum lectionem approbavit. Al. *ſectaturus*.

f *Non maledicet uuquam, qui ſperabit a Deo*. Sic in utroque Cod. Al. *non maledicet inquam*. Al. *qui expectabit*. Al. *ſperavit*. Heum. more dictatorio. *Sperat*: ſic lego pro *ſperabit* &c. Al. *ſpectabit*.

g *Non pejerabit*. In Bon. & apud Aldum habetur *hic non perierauit*. Schottus; *dele*, inquit, *illud hic*, *& ſcribatur non pejerabit*.

h *Ne Deum*. Ante hæc verba in nonnullis legitur, *aut vitabit*. Al. *hinc vitabit*. Al. *hinc jurabit*.

i *Sed ne jurabit quidem*. Bon. *juravit*. Gallæus: *Temere*, inquit, *& vanum*, *concedo*. Quaſi qui ex conſuetudine jurat, *temere*, *& in vanum jurare* aliquando merito non timeat, docente, ac jubente Domino Matth. v. ℣. 34. *Ego autem dico vobis*, *non jurare omnino*. Siquidem, ut S. Auguſtinus Epiſt. CLVII. n. XL. ait: *melius nec verum juratur*, *quam jurandi conſuetudine*, *& in perjurium ſæpe caditur*, *& ſemper perjurio propinquatur*. Adde Epiſt. CXLVII. N. E.

❧ 2 ❧

Nihil ſubdole, nihil diſſimulanter loquetur, neque abnegabit [a], quod ſpoponderit

derit [b], neque promittet, quod facere non poſſit, non invidebit cuiquam, qui ſe, ſuoque contentus ſit [c], nec detrahet, aut male alteri volet, in quem forſitan beneficia Dei proniora ſunt.

a *Neque abnegabit*. Bon. *abnegavit*.
b *Quod ſpoponderit*. Taur. *ſponderit*.
c *Qui ſe, ſuoque contentus ſit*: Sic in Cod. Taur. At in Bon. *qui de ſuo eſt contentus*. Al. Tò *eſt* anteponunt, Al. delent omnino, ſicuti etiam particulam *de*, & verbum *ſit*. Aldus: *qui ſuo eſt contentus*.

3

Non furabitur, nec omnino quicquam concupiſcet alienum, non dabit in uſura pecuniam [a], (hoc eſt enim de alienis malis [b] lucra captare [c]) nec tamen negabit, ſi quem neceſſitas cogit mutuari [d]. Non erit aſper in filium

a *Non dabit in uſura pecuniam*. *Hoc eſt enim* &c. Taur. *Non dabit in uſu* &c. Heum. *in uſuram*. Vide annotata ad Lib. VI. cap. XVIII. ſeg. 6. ſeq.
b *De alienis malis*. Primæ duæ voces in Taurin. deſiderantur.
c *Lucra captare*. Taur. *lucra capere*.
d *Nec tamen negabit ſi quem neceſſitas coget mutuari*. Bon. *nevagit*; *ſiquidem*. Taur. *ſi qui*, *ſi quem* Daviſ. *ſi qui ſit*, *quem*. Hæc cæteris eſt lectio præferen-

lium [e] neque in ſervum : meminerit, quod & ipſe [f] patrem habeat, & dominum . Ita cum his aget, quemadmodum ſecum agi velit [g] .

præferenda . Noſtra vero idem exprimit, & plurimorum Mſs. atque ab Heum. ſervata . Pfaffius etſi primum edidit : *cogit* ; ſecundis tamen curis cum Bunem. communicatis nobiſcum legendum eſſe monuit .

e *Non erit aſper in filium* . Bon. *non ſit* &c. Sic Aldus .

f *Quod & ipſe* . Al. *quo ipſe* . Al. *quia ipſe* .

g *Aget quemadmodum ſecum agi velit* . Bon., & Aldus *agat* . Lego cum Taur. Heum. *volet* . Al. cum Iſæo *vellet* . aut : *voluit* .

§ 4 §

Munera ſuperbundantia non accipiet [a] à tenuioribus ; nec enim juſtum eſt augeri patrimonia locupletum per damna miſerorum .

a *Superabbundantia non accipiet* : Al. *accipiat*. Al. *recipiat* . Pfaffius nobiſcum ſecundis curis legendum cenſuit . Aldus : *accipiat* .

§ 5 §

Vetus præceptum eſt, non occidere ; quod ſic accepi debet, non tanquam [a] jubeamur

a *Quod ſic accipi debet, non tamquam* &c. Bon. *Quod non ſic accipi debet, tamquam*. Servo Mſs. aliorum Codd. lectionem . Vide Lib. VI. cap. xx. ſeg. 17.

mur ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis vindicetur [b], manus abſtinere; Sed hac juſſione [c] interpoſita, nec verbo [d] licebit periculum mortis inferre [e], nec ſeipſum voluntaria morte [g] damnare.

---

b *Vindicetur*. Sic in utroque Ms.; & Cod apud Aldum, ac in aliis pleriſque: ideoque non audiendus Heum. qui hanc lectionem, ut *malam* rejiciens, legendum putat: *vindicatur*.

c *Sed hac juſſione*. Bon. primam particulam omiſit. Al. *ſed hac*. Al. *ſed nec*. Aldus nobiſcum legit.

d *Interpoſita, nec verbo*. Heum. heic ait: mendoſum credo eſſe hoc verbum; Pro *verbo* legerim: *ſervo*; ſed nihil mutandum: nam alibi participium ab *interpono* adhibetur a Lactantio; & Lib. VI. cap. XX. ſeg. 16. unde iſta deſumpta ſunt, expreſſe legitur: *nihil diſtat utrumne verbo, an ferro potius occidas*.

e *Periculum mortis inferre*. Codex Taur. Secunda caret voce; & quidem ſcite, ac juſte. Aldus tamen nobiſcum legit.

f *Nec infantem necare, aut exponere*. Vide L.VI. cap. XX. a ſeg. 19. ſeq.

g *Nec ſeipſum voluntaria morte* &c. Vide L. III. cap. XVIII. a ſeg. 7. ſeq., & Diſſ. XXVIII. c. III. §. IV.

§ 6 §

Item non adulterare [a]: ſed hoc præcepto non ſolum corrumpere alienum matrimonium

---

a *Item non adulterare*. Vide Lib. VI. cap. XXIII. a ſeg. 23. Bunem. notat: *Repete vetus præceptum eſt*.

nium prohibemur [b] quod etiam communi gentium jure damnatur [c], verum etiam proſtitutis corporibus abſtinere. Supra leges enim Dei lex eſt, ea quoque, quæ pro licitis [d] habentur, vetat, ut juſtitiam conſummet.

---

b *Prohibemur*. Sic Mss. Codd. ambo. Al. *prohibetur*. Al. *prohibet*.

c *Supra leges enim Dei lex eſt*. Ita prorſus in utroque Codice. Iſæus vero edidit: *Supra leges lex enim Dei eſt*.

d *Quæ pro licitis*. Quidam habent: *quæ pro illicitis*. Al. *pro lucris*. Al. *pro ludicris*. Al. *pro ludis*. Daviſius mallet: *eaque, quæ pro licitis*.

7

Ejuſdem legis eſt, falſum teſtimonium non dicere, quod & ipſum latius patet. Nam ſi falſum teſtimonium mendacio nocet ei, contra quem dicitur [b], nunquam igitur mentiendum eſt, quia mendacium ſemper, aut fallit, aut nocet. Non eſt ergo vir juſtus, qui etiam ſine noxa in otioſo ſermone [c] mentitur.

Epit. T Huic

---

a *Nam ſi*: In Cod. Bon. prima particula deſideratur.

b *Apud quem dicitur*. Bon. *aput*. Hæc, & tria præcedentia verba in Cod. Taur. non leguntur.

c *Non eſt ergo vir juſtus, qui etiam ſine noxa in otio-*

otioſo ſermone. Hæc eſt genuina Bon. Codicis lectio, quam Bunemannus optabat. Al. fere omnes particulam negantem male poſtponunt. Al. pro *otioſo*: habent: *vitioſo*. Aldus etiam legit nobiſcum.

8

Huic vero [a] nec adulari licet [b]; pernicioſa eſt enim, ac deceptrix adulatio [c]; ſed ubique cuſtodiet [d] veritatem. Quæ licet ſit ad præſens [e] inſuavis: tamen, quum fructus ejus, atque utilitas apparuerit; non odium pariet, (ut ait Poeta [f]) ſed gratiam.

CAP.

a *Huic vero &c.* Sic in utroque Codice, quamquam Pfaffius ex Iſæo, & vulgatis ediderit. *Hinc vero*.

b *Nec adulari licet*. Bon. *adolari*.

c *Ac deceptrix adulatio*: Hæc eſt lectio utriuſque Codicis, ac omnium cum Mss., tum impreſſorum; præter Iſæanam editionem, in qua errore Typographico legitur: *ac deceptrix adulterio*.

d *Sed ubique cuſtodiet*. Vulgati legunt cum Iſæo: *cuſtodiat*.

e *Quæ licet ſit ad præſens*. Iſæus, & aliqui alii: *licet ad præſens ſit*.

f *Ut ait Poeta*: Nempe Terentius *Andria A.* 1. Sc. 1. ℣. 41., ut ſæpe diximus, & ſupra cap. LII. ſeg. 5. monuimus.

CAP. LXV.

1

DIxi de ſis [a], quæ vetantur: dicam nunc breviter, quæ jubentur. Innocentia proxima eſt miſericordiæ [b]. Illa enim malum non facit, hæc bonum operatur: illa inchoat juſtitiam, hæc complet [c].

a *Dixi de iis*: Hinc fragmentum antiquum initium exhibebat cap. v. apud Thom. vii. apud Iſæum: apud Aldum vero cap. vi. In Bon. Cod. pro *iis* habetur de more: *his*. Aldus legit nobiſcum.

b *Juſtitia proxima eſt miſericordiæ*. Sic in Codice Bonon. In Taurin. vero, & in editis. *Juſtitiæ proxima eſt miſericordia*.

c *Illa inchoat juſtitiam*; *hæc complet*. Bon. *juſtitia hæc conplet*. Male.

2

Nam, quum imbecillior ſit hominum natura, quam cæterarum animantium, quas Deus, & inſtructas ad inferendam [a], & munitas

a *Ad inferendam*. Pfaffius edidit: *ad ferendam*. Daviſius vero quum in Codice Taur. legatur: *ad ferendum*; *Fortaſſe*, inquit: *totus locus legendus eſt*: *Inſtructas ad infeſtandum* &c. Sed nihil mutandum, quum clara, & dilucida ſit lectio Codicis Bon., & aliorum fere cæterorum.

tas ad vim repellendam figuravit, affectum nobis miſericordiæ dedit, ut omne præſidium vitæ noſtræ in mutuis auxiliis poneremus.

b *Affectum nobis miſericordiæ dedit*. Abſunt iſta a Codice Taurinenſi; ſed ex aliis, quos vidimus reſtituenda omnino ſunt.

3

Si enim ficti [a] ab uno Deo, & orti ab uno homine, conſanguinitatis jure ſociamur, omnem igitur hominem diligere debemus. Itaque non tantum inferre injuriam non oportet; ſed ne illatam quidem vindicare, ut ſit in nobis perfecta innocentia. Et ideo jubet nos Deus etiam pro inimicis precem facere ſemper [b].

a *Si enim ficti*. Sic in utroque Codice, & ſic ſæpius Noſter. Al. *facti*.
b *Precem facere ſemper*. Bon. *praecem*. Cellar. *preces*. Hanc phraſim apud latinos non reperio; ea tamen apud S. Cyprianum invenit Daviſius, & apud Orientales in colloquiis eorum vernaculis eſt uſitatiſſima.

4

Ergo animal commune, atque conſors eſſe debemus, ut nos invicem præſtandis, & accipiendis auxiliis muniamus [a]. Multis enim ca-

caſibus [b], & incommodis fragilitas noſtra [c] ſubjecta eſt.

---

a *Et accipiendis auxiliis*. Sic apud Aldum, & in utroque Codice Al. *recipiendiſque auxiliis*.

b *Multis enim caſibus*. Hæc eſt lectio utriuſque Codicis, quam editores antiqui depræſſerunt addendo *in multis* &c.

c *Fragilitas noſtra*. Sic etiam Aldus. Secunda vox in Taur. deſideratur.

5

Spera & tibi [a] accidere poſſe, quod alteri accidit [b]. Ita demum excitaberis [c] ad opem ferendam, ſi ſumpſeris ejus animum, qui opem in malis conſtitutus implorat [d].

---

a *Spera & tibi*: Sic bene in utroque Codice Al. *ſperes*.

b *Quod alteri accidit*. Hæc eſt lectio Codicis Bononienſis. At Taur. legit: *quod alteri videas accidiſſe*. Daviſ. hanc lectionem tuetur, niſi quod reſcribendum cenſet: *videris accidiſſe*.

c *Excitaberis*. Bon. *excitaveris*.

d *Opem tuam in malis conſtitutus implorat*. Sic etiam Aldus Taur. *operam tuam*. Al. *opem tamen*, vel *tantum*, vel *tunc*. Bon. *inplorat*. De iis omnibus, de quibus heic à Noſtro ſanctiſſime diſſeritur vide Lib. VI. cap. X. ſeq.

6

Si quis victu indiget, impertiamus [a], ſi quis nudus occurrat, veſtiamus [b], ſi quis a potentiori [c] injuriam ſuſtinet, eruamus. Pateat domicilium noſtrum peregrinis, vel indigentibus tecto. Pupillis defenſio, viduis tutela noſtra non deſit.

---

a *Si quis victu indiget, impertiamus*. Bon. *Si quis victum*: Iſæus, & editi quidam: *impertiamur*. Daviſius heic obſervat elegans homoeoteleuton: ſcilicet: *impertiamus .... veſtiamus .... eruamus*. Quæ figura ſermonis raro accidit, ut apte in orationem cadat.

b *Si quis nudus occurrat, veſtiamus*. Hæc in Taur. Codice omiſſa ſunt. Daviſius mallet: *occurrit*. ſicuti: *indiget, ſuſtinet*.

c *Si quis a potentiori*: Sola ex iis vox ultima in Taurinenſi legitur.

7

Redimere ab hoſte captivos magnum miſericordiæ opus eſt [a], ægros item pauperes

---

a *Magnum miſericordiæ opus eſt. Item ægros pauperes*. In quibusdam editionibus legitur: *magnum numine opus eſt*. Al. *magnanimi opus eſt*. Bon. omittit Tò item, & legit: *Ægros pauperos*.

res viſere, atque refovere. Inopes,aut advenæ [b] ſi obierint, non patiamur inſepultos jacere. Hæc ſunt opera, hæc officia miſericordiæ, quæ ſi quis perfecerit[c], verum,& acceptum ſacrificium Dei immolabit [d].

b *Inopes, aut advenæ*. Iſæus, & Pfaffius ex Bon. Codice ediderunt; *Inopes, & pauperes*; ſed heic Codex Taurinenſis eſt omnino imitandus ex iis, quæ a Noſtro traduntur Lib. VI. cap. XII. ſeg. 25. unde iſta dependent.

c *Si quis perfecerit*. Al. ex Taur. Cod. legunt: *ſi quis obierit*. Nos ideo Bon. lectionem retinuimus, quia Lib. VI. cap. XII. ſeg. 24. ex quo hæc deprompta ſunt, legitur: *quod qui fecerit*.

d *Deo immolabit*. Mss. Codices antiquiores: *immolavit*: Pfaffius, & Bunem. hanc lectionem prætulerunt.

8

Hæc litabilior [a] victima eſt apud Deum, qui

a *Hæc litabilior*. Sic Daviſius, & ex eo alii ediderunt ſicuti olim in Ms. Taurinenſi legebatur, & etiam uti reſcripſerunt Aldus, Thomaſ. & Iſæus; notanda tamen eſt correctio, quam manus antiqua in utroque antiquiori codice appoſuit, *e* pro *i* vel *a* apponendo; unde ortæ ſunt variantes illæ: *letabilior*, & *lætabilior*. Victima enim, ſeu hoſtia non ſolum *litabilis* dicitur, ſed etiam *lætabilis* I. E. *lætitia digna*, ſeu

qui non pecudis[b] ſanguine; ſed hominis pietate placatur, quem Deus, quia juſtus eſt, ſuamet ipſum lege[c], ſua & conditione proſequitur[d]; miſeretur ei[e], quem viderit miſericordem, ine-

ſeu *cum lætitia mactanda*. Potuit autem Noſter ad illud Apoſtoli II. Corinth. cap. IX. ℣. 7. reſpexiſſe: *Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate; hilarem enim datorem diligit Deus*. Vel ad illud Eccl. XXXVII. *In omni dato hilarem fac vultum tuum; & in exultatione ſantifica decimas tuas*.

b *Qui non pecudis*. Sic Mss. Codd. Pfaffius, Iſæus, & aliqui alii ediderunt: *pecudum*.

c *Suamet ipſum lege*. Sic recte Daviſius primam vocem reſtituit, quæ in utroque codice diviſa male legebatur: *ſuam &*: unde alii fecerunt: *ſuam & ipſum legem*, ut in Noſtro Bon. codice recentior manus effinxit.

d *Proſequitur*. Al. *perſequitur*. Vide L. VI. c. XII. ſeg. 41. Aldus legit nobiſcum, & Schottus.

e *Miſeretur ei*. Hanc Bon. Codicis genuinam lectionem ſervavit Pfaffius, quamquam in Taurinenſi ſcriptum ſit: *miſeretur ejus*. Non enim verum eſt, quod Daviſius heic aſſerit, *ſolum* nimirum *gignendi caſum* huic verbo jungi conſueviſſe a latinis. Equidem ſcio Servium *ad Æn.* I. ℣. 601. docuiſſe: *& miſeror, & miſeror unum ſignificant; ſed miſeror accuſativum, regit .... miſereor genitivum*; non tamen lex iſta inviolabilis, ut bene notavit Thomas Munckerus ad illud Hygini Fab. LVIII. *cui Venus miſerta eſt*. Quod etiam animadvertit Bunem.

Digitized by Google

inexorabilis eſt ei, quem precantibus [f] cernit immitem.

f *Quem precantibus*. Bon., & Iſæus: *pracantibus*. Al. *peccantibus*.

9

Ergo, ut hæc omnia, quæ Deo placent, facere poſſimus, contemnenda eſt pecunia [a], ad cæleſtes transferenda theſauros [b], ubi nec fur effodiat [c], nec rubigo conſumat, nec tyrannus eripiat; ſed nobis ad æternam opulentiam, Deo cuſtode, ſervetur.

a *Pecunia*. Bon. *pæcunia*.
b *Theſauros*. Bon. *tenſauros*.
c *ubi nec fur effodiat* ... *conſumat* ... *eripiat* ... : *ſervetur*. Sic in utroque codice. Iſæus, Aldus, & quidam alii: *effodiet* ... *conſumet* ... *eripiet* ... *ſervabitur*.

CAP. LXVI.

1

Fides quoque [a] magna juſtitiæ pars eſt: quæ maxime a nobis [b], qui nomen fidei

a *Fidei quoque*. Hoc in vulgatis ante Pfaffii editio-

dei gerimus, conſervanda eſt, præcipue in religione [c], quia Deus prior eſt, & potior quam homo [d].

tionem erat initium Capitis VI. aut VIII. Fides autem heic eſt, fidelis executio promiſſorum, ſeu commendatorum inviolabilis cuſtodia.

b *Quæ maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus*. I. E. *Fideles dicimur*. In Cod. Bon. *maximæ*.

c *Præcipue in religione*. Sic Aldus. Al. *religionem præcipue*. Icciroo frangere fidem Deo in baptiſmo datam, ſummum ſcelus ſemper eſt habitum. Lib. VII. cap. XXVI. ſeg. 10. *Abſcondi enim tegique myſterium quam fideliſſime, oportet maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus*. Ms. Taurin. *præcipue in religionem*.

d *Prior eſt, & potentior quam homo*. Sic in utroque Codice. Al. *potior*. Taur. omiſit Tò *quam*.

2

Et ſi eſt glorioſum pro amicis, pro parentibus, pro liberis [a], id eſt, pro homine, ſuſcipere mortem, & qui hoc fecerit, diuturnam memoriam, laudemque conſequitur, quanto magis pro Deo, qui poteſt æternam vitam pro temporali morte præſtare?

Ita-

a *Pro liberis*. Nempe *pro filiis*. Quidam antiquus Codex Ghiſianus: *pro libertis*.

3

Itaque quum inciderit ejuſmodi neceſſitas, ut deſciſcere[a] a Deo, atque ad ritus gentium tranſire cogamur, nullus nos metus[b], nullus terror inflectat, quominus traditam nobis fidem cuſtodiamus. Deus ſit ante oculos, ſit in corde, cujus interno auxilio[c] dolorem[d] viſcerum, & adhibita corpori tormenta ſuperemus.

a *Ejuſmodi neceſſitas, ut deſciſcere*. Iſæus: *hujuſmodi*: & cum eo Pfaffius: *diſcedere*. Servo lectionem Codd. Mss. niſi quod in Bon. habetur: *diſciſcere* Aldus N. L.

b *Nullus nos metus*. Scite heic Bunem. *confer*, inquit, M. P. cap. XVI. ſeg. 8., & 9., nam loca ſunt, quæ unum, eundemque Scriptorem indicant; ſed eloquentem, atque diſertum,

c *Cujus interno auxilio*. In Taur. habetur: *ineterno*.

d *Dolorem.... ſuperemus*. Sic in utroque Codice. Al. *dolor...ſuperentur*.

4

Nihil tunc aliud[a], quam vitæ immortalis præmia cogitemus. Ita facile, etſi diffi-

pan-

a *Nihil tunc aliud*. Bon. *aliut*. Iſæus: *nihil tunc aliquid*.

pandi, aut urendi [b] artus fuerint, tolerabimus univerſa [c], quæ in nos tyrannicæ dominationis [d] amentia molietur.

b *Etſi diſſipandi, aut urendi*. Sic in Cod. Bon. At in Taur. *etſi diſſipandi artus*: quæ mediant, omiſſis. Iſæus. *etiam ſi*.

c *Tollerabimus univerſa*. Sic etiam Aldus. Deeſt vox ultimà in edit. Pfaffiana.

d *Tyrannicæ dominationis*. Al. *crudelitatis*.

5

Poſtremo ipſam mortem non inviti, aut timidi [a]; ſed libentes, & interriti ſubrei nitamur, quum ſciamus quali [b] apud Deum gloria ſimus futuri, triumphato ſæculo ad promiſſa venientes [c], quibus bonis, quanta beatitudine brevia hæc pœnarum mala, & hujus vitæ damna penſemus.

Quod

a *Aut timidi; ſed libentes, & interriti*. Sic in utroque Codice, ſed prima particula, & Syllaba eidem proxima; punctis inſignitur in Cod. Noſtro Bon. Iſæus, & alii quidam: *libenter*.

b *Quum ſciamus quali ... ſimus futuri*. Hæc eſt lectio utriuſque codicis, quam corruperunt ii, qui vulgarunt: *ut ſciamus*, ſicuti habet etiam Aldus; vel *ut qui*. Al. *ſcimus*. Al. *ſumus fruituri*. Al. *functuri*.

c *Triumphato ſæculo ad promiſſa venientes*. Hæc omnia

omnia aliena eſſe putat Daviſius, quum abſint ex Codice Taurin. At in Bon., & aliis leguntur, & Lib.VI, cap.XXIII. ſeg.39. unde ſunt iſta deprompta, habetur, *bit terram triunphabit*. Bon.utrobique demore: *triumfa* . . . &c.

§ 6 §

Quod ſi facultas hujus gloriæ deerit [a], habebit fides etiam in pace mercedem [b]. Teneatur ergo in omnibus vitæ officiis, teneatur in matrimonio. Non enim ſatis eſt, ŋ aut alien o toro [c], aut lupanari abſtineas.

a *Hujus gloriæ deerit*. Bene Daviſius exponit: *martyrii*, quod vehementiſſime cupiebant Chriſtiani in perſecutionibus; ſed pro Dovvellii Diſſ. XII. *Cyprianica*, vide Noſtram XXXII. cap. V. a §. I.

b *In pace mercedem*. Quum Eccleſia nulla premebatur perſecutione, tunc pace frui cum a Noſtro, tum ab aliis Eccleſiaſticis ſcriptoribus dicebatur.

c *Aut alieno toro*. Prima particula in Cod.Taurin. deſideratur. Vide Lib. VI. cap.XXIII.a ſeg. 33. ſeqq.

§ 7. §

Qui habet conjugem, nihil quærat extrinſecus; ſed contentus ea ſola, caſti, & inviolati cubilis ſacramenta cuſtodiat [a]. Adulter

a *Caſti, & inviolati cubilis Sacramenta cuſtodiat*. Sic

ter eſt enim Deo, & inceſtus [b], qui abjecto jugo, vel in liberam, vel in ſervam peregrina voluptate luxuriat.

Sic Aldus quoque. Ante hæc verba Iſæus,& Tomaſ.legunt: *carnem caſtiget*: Quod Monachi deſipientis additamentum, vocat Daviſius; plaudente Bunemanno. Equidem fateor ab utroque Codice verba illa abeſſe. Utrum autem inſipiens Monachus illa addiderit; an furens philologus ita ſibi ſuaſerit, prudentum virorum judicium eſto. Potius heic notandum erat quare Lactantius matrimonium Sacramentorum appellatione adumbraverit; quod, quum non ſemel præſtiterit, aliquod a novatoribus non intellectum, & voluntaria ignorantia ipſis incognitum fortaſſe indicabit Diſſert. xxxv. cap. 11. §. ix.

b *Adulter eſt enim Deo, & inceſtus*. Hæc legitima lectio utriuſque Codicis; niſi quod prima vox in Taurinenſi non apparet. Iſæus edidit: *adulter enim Deo eſt perinde atque inceſtus*. Al. *proinde*. Al. *pro inceſto*, & perperam Bon. Codicis hanc lectionem prædicarunt.

8

Sed ſicut fœmina caſtitatis vinculis obligata eſt, ne aliud concupiſcat [a]: ita vir eadem

---

a *Ne aliud concupiſcat*. Sic Aldus, & in utroque Ms. Codice; more tamen ſolito: *aliut*. Iſæus, & aliqui alii *alium*. Al. *& ne alium*. Manus recens in Bon. *nec aliut*.

eadem lege teneatur, quod Deus ex viro uxorem unius corporis compage ſolidavit [b]. Ideo præcepit, non dimitti uxorem, niſi crimine adulterii revictam [c], ut nunquam [d] conjugalis fœderis vinculum, niſi quod perfidia ruperit, reſolvatur [e].

---

b *Quod Deus ex viro uxorem unius corporis compage ſolidavit*. Sic recte in Noſtro Bon. Codice Taur. *quoniam Deus & viro*. Aldus *quo Deus*. Thom. *quia*. Al. omnes diverſimode, ac proprio legunt arbitrio. Noſter autem heic reſpicit ad Evam ex Adami coſta efformatam Gen. II. a ℣. 15. Ubi ℣. 24. habetur: *Quamobrem ..... & erunt duo in carne una*. Adde Matth. XIX. 6. & I. *ad Corinth.* cap. IV. 16.

c *Niſi crimine adulterii revictam*. Sic optime in utroque Codice, & ſic Aldus; nec video quare Pfaffius ediderit: *devictam*. In Bon. vero primæ vocis duo priora elementa deleta ſunt. De re autem, quam heic Lactantius tangit, vide Interpretes ad cap. XIX. Matth. a ℣. 6. ſeqq.

d *Ut nunquam*. Sic in Bon. Pfaffius edidit: *& nunquam*.

e *Quod perfidia ruperit, reſolvatur*. Aldus: *ut perfidia*. Quid heic per perfidiam Noſter intelligat, qua matrimonium diſſolvi queat, vide Diſſ. XXXV. cap. II. §. 19.

§ 9 §

Illud quoque ad conſummandam pudicitiam jungitur, ut non modo peccatum abſit

ſit[a]; verum etiam cogitatio. Pollui enim mentem, quamvis inani cupiditate, manifeſtum eſt. Itaque juſtum hominem, quod ſit ſecus nec facere oportere, nec velle [b]. Purganda eſt igitur conſcientia, quam Deus pervidet, qui falli non poteſt.

a *Jungitur, ut non modo peccatum abſit*. Sic in utroque Codice; nec eſt quare Daviſium audias, qui legendum ſuadet: *injungitur*, nec Bun. qui mallet. *Adjungitur*. Nam Noſter heic de duobus præceptis invicem arctiſſime junctis loquitur, de quibus Matth. v. a ℣. 27. *Audiſtis quia dictum antiquis: non moechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam moechatus eſt eam in corde ſuo*.

b *Itaque juſtum hominem, quod ſit ſecus, nec facere oportere, nec velle*. Sic ex utroque Codice legendum cenſeo, nec ultra vexandam lectionem, quæ clara eſt, ſi intelligatur; pariter manifeſtum eſſe, juſtum hominem oportere nec ſecus facere, nec ſecus velle, quod ſit aliter. Id eſt: *quod aliter ſe habeat*. Aldus: *quod ſit ſecus* corrigit, & nobiſcum legit.

10

Emaculetur [a] omni labe pectus, ut tem-

a *Emaculetur*: Sic corrigit Aldus, & ſic habetur in utroque Codice; & omnino male Pfaffius, & Thom. ediderunt: *evacuetur*: labes enim eluitur, non evacuatur, quum aliquod infecerit.

templum Dei eſſe poſſit, quod non auri, nec eboris nitor; ſed fidei, & caſtitatis fulgor illuſtrat.

CAP. LXVII.

1

SEd enim hæc [a] omnia difficilia ſunt homini, nec patitur conditio fragilitatis [b], eſſe quenquam [c] ſine macula. Ultimum ergo remedium illud eſt, ut confugiamus ad pœnitentiam, quæ non minimum locum inter virtutes habet, quia ſui correctio eſt; ut quum forte aut re, aut verbo

a *Sed enim hæc*. Sic in utroque codice legitur; nec diverſimode in aliis; unde non video quare Pfaffius ediderit, aliique eum imitati ſint reſcribendo: *ſed hæc enim*. Cicero quippe, & Plautus non raro *ſed enim* pro *certe* uſurparunt, quos & Poetæ, & Oratores aureæ, & argenteæ latinitatis ſecuti ſunt. Aldus hinc incipit cap. IX.

b *Conditio fragilitatis*. Sic Aldus legit, & in Codice Bon. ſpatium vacuum inter utramque vocem quinque fere elementorum eſt; unde ſuſpicor inde factum eſſe, ut alii ſuppleverint: *naturæ*, vel *noſtræ*; certe Lactantius *fragilitati* Tò *noſtræ* fere ſemper, ſi ſenſus patitur, ſolet addere.

c *Eſſe quàmquam*. In Bon. prima elementa ſecundæ vocis punctis diſtinquit.

lapſi fuerimus, ſtatim reſipiſcamus, ac nos deliquiſſe fateamur [d], oremuſque a Deo veniam, quam pro ſua miſericordia non negabit, niſi perſeverabimus [e] in errore.

d *Ac nos deliquiſſe fateamur*. Al. *aut nos* &c.

e *Niſi perſeverabimus*. Hæc eſt lectio Cod. Bonon. & ſic bene Pfaffius edidit, ut jam etiam Iſæus ediderat. Aldus: *perſeverantibus*, quam lectionem falſo tribuitur Bon. Ms. Codici antiquiori, quum ſit Longobardici, teſte Aldo.

2

Magnum eſt pœnitentiæ auxilium, magnum ſolatium. Illa eſt vulnerum, peccatorumque ſanatio: illa ſpes, illa portus ſalutis [a], quam qui tollit, viam vitæ ſibi amputat, quia nemo eſſe tam juſtus poteſt, ut nunquam ſit ei pœnitentia neceſſaria.

a *Illa portus ſalutis*. Vide Lib. VI. c. XXIV. ſeg.9. & ea conferas cum iis, quæ a nobis annotata ſunt ad Lib. IV. cap.XVII.ſeg. 15., & ibidem cap.XXX.ſeg.13.

3

Nos vero, etiamſi nullum ſit peccatum, confiteri tamen debemus Deo [a], & pro delictis,

a *Confiteri tamen debemus Deo*. Sic etiam Aldus re-

ctis [b], noſtris identidem deprecari, gratias agere etiam in malis [c]. Hoc ſemper obſequium Domino deferamus. Humilitas enim chara, & amabilis [d] Deo eſt, qui quum magis ſuſcipiat [e] peccatorem confitentem, quam juſtum ſuperbum: quanto magis juſtum ſuſcipiet confitentem, eumque in regnis cæleſtibus faciet pro humilitate ſublimem [f]?

---

reſtituit. Poſtrema vox in aliquibus deeſt; Sed in Mss. ambobus legitur; non inde tamen quicquam evincitur contra ea quæ ſunt ſuperiori nota indicata; ut clariſſime oſtenditur Diſſ. xxxv. cap. 11. §. v.*

b *Pro delictis*. Sic Aldus, & ſic in utroque Codice. Cellarius: *pro debitis*: & ſic Walchius.

c *Etiam in malis. Hoc ſemper* &c. Vide annotata a nobis ad Lib. VI. cap. xxv. ſeg. 14. nota (a) ſeqq. Al. legunt: *hoc enim*: contra fidem Mss.

d *Chara, & amabilis*. Al. *tam cara* &c.

e *Qui quum magis ſuſcipiat* &c. Al. qui nota ſuperiora legunt, *tam cara*, heic ſic omnia mutant: *ut cum Angelis ſuſcipiat peccatorem confitentem in Regnis* &c. vel: *ut cum Magis Sanctis conſtituat* &c.

f *Faciet pro humilitate ſublimem*. Quidam cum Thomaſio legunt, *ſublimari*. Aldus eos corrigit, & nobiſcum legit.

4

Hæc ſunt, quæ debet [a] cultor Dei exhibe-

---

a *Hæc ſunt, quæ debet*. Taur. legit, *quæ debeat*.

hibere, hæ ſunt victimæ [b], hoc ſacrificium placabile: hic verus eſt cultus, quum homo mentis ſuæ pignora in aram Dei [c] confert. Summa illa majeſtas hoc cultore lætatur: hunc ut filium ſuſcipit, eique donum [d] immortalitatis impertit: de qua nunc mihi diſſerendum eſt, & arguenda perſuaſio eorum, qui extingui animas cum corporibus arbitrantur [e]. Qui, quia nec Deum ſciebant, nec arcanum mundi perſpicere poterant, ne hominis quidem, animæque rationem comprehenderunt.

---

b *Hæ ſunt victimæ*. Sic in Bon. Ms. Codice, & in aliis optimæ notæ. Sed in Taurinenſi habetur: *hae ſunt* &c.

c *In aram Dei*. Taur. *in Iram Dei*. Male, & ideo recte lectionem Pfaffius reſtituit ex Lib. VI. cap. xxv. ſeg. 29.

d *Ut filium ſuſcipit, eique donum immortalitatis impertit*. Sic Aldus, & ſic In Ms. Bon. Al. *eique præmium .... impartitur*. Al. *ſuſcipit ſibi*. Al. cum Taur. *idoneum præmium*. Heum. *quia donum*. Daviſ. *divinum præmium*.

e *Cum corporibus arbitrantur*. Sic Aldus, & in Noſtro Bon. Cod. Al. *cum corporibus putaverunt*, ut etiam edidit Iſæus.

5

Quomodo enim poſſent ſequentia pervide-

videre [a], qui ſummam [b] non tenebant? Negantes igitur [c] eſſe ullam providentiam, utique Deum, qui fons, & caput rerum eſt [d], negaverunt. Sequebatur, ut ea, quæ ſunt, aut ſemper fuiſſe dicerent [e], aut ſua ſponte eſſe nata, aut minutorum ſeminum conglobatione concreta.

---

a *Sequentia pervidere*. Ita etiam Aldus. Al. *providere*, & ſic paullo ſupra, *proſpicere*, pro *perſpicere*.

b *Qui ſummam non tenebant*. Iſæus edidit, *non habebant*. Aldus *qui ſummam nollo modo ejus habebant*.

c *Negantes igitur*. Hiſce verbis in antiquioribus vulgatis incipit cap. IX., in editione vero Daviſiana cap. LXVIII. &c. Nos vero cum Heum. Walchio, Bunem., & Langletio cap. LXVII. continuamus. Iſæus legit: *Negantes ergo providentiam eſſe ullam*. Al. *eſſe nullam*, vel: *Negantes ergo nullam*. Nos a lectione Ms. Cod. Bon. germana non recedimus.

d *Qui fons, & caput rerum eſt*. Sic Aldus cum utroque Codice. Thom. *caput ejus*.

e *Aut ſemper fuiſſe dicerent*. Iſæus, *aut ſuper* &c. Vide annotata a nobis ad cap. I. Lib. VII. ſeg. *6*. ſeq.

6

Semper fuiſſe dici non poteſt, quia quicquid eſt, & viſui ſubjacet [a]; ipſum eſſe ſine

---

a *Quicquid eſt, & viſui ſubjacet*. Sic in utroque Codice, niſi quod in Bon. quatuor deleta ſunt elementa,

ſine aliquo initio non poteſt [b]. Sua ſponte autem nihil naſci poteſt, quia nulla eſt ſine generante natura [c]. Semina vero [d] principalia quomodo eſſe potuerunt, quum & ſemina ex rebus [e] oriantur, & viciſſim res ex ſeminibus? Nullum igitur ſemen eſt, quod originem non habeat [f].

---

ta, & ſola, quæ heic exhibemus apparent *quod eſt, & viſui ſubjacet.* Al. *omne quid quid eſt* &c. Al. *quod teſtes vi* &c. Pfaffius autem edidit: *quia quicquid eſt, eſſe ſine aliquo* &c.

b *Ipſum eſſe ſine aliquo initio non poteſt*. Prima duo verba in pleriſque deſiderantur. Vide L. II. cap. III. ſeg. 21. Al. *ipſum enim*.

c *Sine generante natura*. Sic etiam Aldus. I. E. Non eſt qui naſcatur, ſi *non eſt, qui generet*. In Codice Bon. ſecundæ vocis ultimas Syllabas punctis inſignivit. Al. loco illius reſcribunt, *ratione*. Heum. mallet: *generatione*.

d *Semina vero*. Al. *ſemina enim*. Aldus corrigit, ut nobiſcum legat.

e *Et ſemina ex rebus*. Ita etiam Aldus. Al. *& ſemina exordiis*.

f *Quod originem non habeat*. Deſiderantur hæc in Noſtro Bon. Codice; ſed ex Taur. reſtitui debent, corrigendo, ut edidimus, ultimum verbum, quod ibidem legitur, *habet*.

7

Sic factum eſt, ut quum putarent mundum nulla providentia factum, ne hominem

nem quidem putarint aliqua ratione generari[a]. Quod ſi nulla eſſet in fingendo homine ratio verſata, immortalem igitur animam eſſe non poſſe[b].

a *Generatum.* Sic in utroque codice phraſi Lactantiana, & ſic etiam Aldus.

b *Immortalem igitur animam eſſe non poſſe.* Particulam negantem in Bon. deſideramus. Al. ea ablata, legunt cum Iſæo, *mortalem igitur* &c.

8

Alii vero[a] ex adverſo & Deum eſſe unum, & ab eo mundum factum, & hominum cauſſa factum, & animas eſſe immortales[b] æſtimaverunt[c]; ſed quum vera ſentirent[d], hujus tamen divini operis, atque conſilii, nec cauſſas, nec rationes, nec exitus perſpexerunt, ut omne veritatis arcanum conſummarent, atque aliquo veluti fine[e] concluderent.

 Sed

a *Alii vero.* Nempe Stoici Epicuræis adverſarii.

b *Et hominum cauſſa factum, & animas eſſe immortales.* Sic in utroque codice. Al. Τὸ *eſſe* anteponunt.

c *Æſtimaverunt.* Iſæus: *æxtimavere.*

d *Sed quum vera ſentirent.* Hæc omiſſa in Bon. Codice ex Taurin. reſtituimus; nam Iſæus edidit; *ſed cum ea* &c.

e *Atque aliquo veluti fine.* Secunda vox in ſolo Taur. Codice reperitur.

9

Sed quod illi [a] facere non potuerunt, quia veritatem perpetuo non tenebant, nobis faciendum eſt, qui eam cognovimus, Deo annunciante.

a *Sed quod illi*. Prima particula in Bon. non habetur.

CAP. LXVIII.

1

Conſideremus igitur [a], quæ ratio fuerit hujus tanti, tamque immenſi [b] operis fabricandi. Fecit Deus mundum, ſicut Plato exiſtimavit [c]; ſed cur fecerit [d], non oſtendit. *Quia bonus* [e] inquit *& invidens nulli, fecit quæ bona ſunt* [f]. Atqui videmus, in rerum natura & bona eſſe, & mala. Po-

a *Conſideremus igitur*. Sic Taur. At Bon. *conſideramus ergo*.

b *Tamque immenſi*. Sic in Bon. Taur. vero, *tamquam* &c.

c *Sicut Plato exiſtimavit*. Nempe in Timæo. Vide Lib. VII. cap. III. ſeg. 12.

d *Sed cur fecerit*. Al. *fecit*.

e *Quia bonus* &c. Sunt verba Platonis L. C. haud longe a principio.

f *Quæ bona ſunt*. Bon. ultimam non habet vocem; ſed ſtatim poſt *bona*, addit *adquin*.

2

Poteſt ergo [a] exiſtere perverſus aliquis, qualis fuerit atheus [b] ille Theodorus; & Platoni reſpondere: *Imo quia* [c] *malus eſt, fecit, quæ mala ſunt*. Quomodo illum redarguet? Si quæ bona ſunt, Deus fecit: unde igitur mala eruperunt [d], quæ plerumque etiam prævalent bonis? *In materia*

---

a *Poteſt ergo*. Hac ultima voce caret Cod. Taur.

b *Qualis fuit atheus ille Theodorus*. Sic, in Cod. Bon. Al. *fuerit ἄθεος*. Vide c. IX. ſeg. 7. *de Ira Dei*.

c *Immo quia* &c. In quibusdam recentiorum Atheorum, ſeu Deiſtarum libellis ſine loci, & authoris nomine vulgatis hocce argumentum recoctum exhibetur, paralogiſmis ornatum, quibus Petrus Bælius utitur: *Reſp. aux Prov.* Tom. II. cap. XXIV. ſeq. Nec vident miſeri, nullum eſſe in orbe malum, quod a Deo, quia bonus eſt, & omnipotens, in bonum ordinatum non ſit; tantaque ſunt cæcitate oppreſſi, ac in vitiorum cœno involuti, ut id ſolummodo bonum putent, quod corporeæ voluptati deſervit, ac inter mala reponant, quæ propriis cupiditatibus repugnant. Nil ergo mirum ſi in hujuſmodi laqueos incidant, ejsdemque eo magis implicentur, quo magis ab illis ſe explicare contendunt.

d *unde igitur mala eruperunt*. Sic in Noſtro Bon. Codice. Al. *tanta mala*. Vide annotata a nobis ad cap. XIII. *de Ira Dei* ſeg. 20. ſeq. Heic autem non, ut ibidem, Epicuri, ſed Theodori refert argumenta, quæ capite ſequenti diſſolvit.

rio [e], inquit, *continebantur*.

e *In materia*, inquit, *continebantur*. Sic Plato ſatisfieri poſſe Theodoro putabat, ignorans; quod conſequens eſſet ex ſua opinione profluens id, quod mox à Lactantio deductum eſt. Nempe:

3

Si mala ergo, & bona [a], ut, aut nihil fecerit Deus [b]. Aut ſi bona tantum fecit, æterniora ſunt mala, quæ facta non ſunt, quam bona, quæ habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quæ aliquando cœperunt, & permanebunt, quæ ſemper [c] fuerunt.

a *Si mala, ergo & bona*. Sic in utroque Ms. cod. Al. addunt: *ſunt*, vel *ſint*. Aldus Noſtram lectionem tuetur.

b *Ut*, *aut nihil fecerit Deus*; *aut ſi* &c. Sic in utroque Ms. Codice. Al. *fecit* cum Iſæo. Pfaffius: *Bona igitur, & mala, aut nihil fecit Deus*, quem Heumannus ſecutus eſt, exponendo potius authoris mentem, quam verba ipſius effingendo.

c *Quæ ſemper*. Relativum in Taur. deſideratur

4

Mala ergo [a] potiora ſunt. Si autem potiora eſſe non poſſunt, ne æterniora quidem poſ-

a *Mala ergo*. Sic in Taur. at in Bon. mala *igitur*. Aldus *mala aut fecit*, *aut* &c.

poſſunt [b]. Ergo aut utraque ſemper fuerunt, & Deus otioſus: aut utraque ex uno fonte fluxerunt. Eſt enim convenientius [c], ut Deus omnia fecerit potius, quam nihil. Ergo ſecundum ſententiam Platonis [d] idem Deus & bonus eſt, quia bona fecit [e], & malus, quia mala.

---

b *Ne æterniora quidem poſſunt*. Sub intellige, *eſſe*.

c *Eſt enim convenientius*. Sic in utroque Cod. & ita edidit Iſæus. Al. perperam legunt, *conveniens* Daviſius maluit *: eſt autem*. Et ſic Aldus.

d *Secundum ſententiam Platonis*. Infert Lactantius abſurdum illud conſequens, quod ex reſponſione Platonis neceſſario erat admittendum.

e *Idem Deus . . . bona fecit*. Al. *ideo Deus . . . facit*. Uti Iſæus edidit.

§ 5. §

Quod ſi fieri non poteſt, apparet, non ideo factum eſſe a Deo mundum, quia bonus eſt mundus [a]. Omnia enim com-

---

a *Apparet non ideo factum eſſe a Deo mundum, quia bonus eſt mundus*. Hoc ordine hæc in Bon. leguntur; ſed in Taur. *quia mundus bonus eſt*. Iſæus vero ſententiam turbavit edendo, *apparet a Deo factum eſſe mundum, quia mundus bonus eſt*. Al. *bonum eſt*. Aldus *apparet, nam a Deo* &c. & ſic Aldus.

complexus [b] & bona, & mala; nec fit propter ſe quicquam [c], ſed propter aliud.

b *Omnia enim complexus & bona; & mala; nec* &c. Sic in Noſtro Bon. Codice; non ut Iſæus, & alii ex eo cum Taur. ediderunt, *complexus eſt*. Al. *quoniam enim* &c. Nobiſcum legunt Schottus, & Aldus.

c *Nec fit propter ſe quicquam* &c. Bon. *nec fecit* a Taur. *nec fiet*. Daviſ. *nec fit*. Per ea quæ mox ſequuntur iſta Noſter exponit, ſicuti Lib. VII. cap. IV. at ſeg. 4. ſeq. jam pridem fecerat.

6

Domus ædificatur [a] non ad hoc ſolum, ut ſit domus, ſed ut ſuſcipiat, & tueatur habitantem. Item navis fabricatur, non ut navis [b] videatur tantum, ſed ut in ea poſſint homines navigare. Vaſa item fiunt [c], non ut vaſa ſint ſolum, ſed ut capiant, quæ ſunt uſui neceſſaria. Sic & mundum Deus ad uſum aliquem fecerit, neceſſe eſt.

Stoici

a *Domus ædificatur*. Sic in utroque Codice. Al. *Domus enim*.

b *Non, ut navis tantum*. Hæc eſt lectio utriuſque codicis. Al. *non ad hoc ut*. Al. ultimam vocem omittunt. Aldus noſtram lectionem ſervat.

c *Vaſa item fiunt*. Contra Mss. fidem alii ediderunt, *vaſa autem*. Hos Aldus corrigit.

7

Stoici ajunt; cauſſa hominum factum: & recte [a]. Homines enim fruuntur his omnibus bonis, quæ mundus in ſe continet. Sed ipſi homines cur facti ſint [b], aut quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum providentia [c], non explicant.

Im-

---

a *Stoici ajunt; hominum cauſſa factum; & recte*. Subintellige, *mundum*, ut expreſſe loco ſuperius indicato Lib. VII. cap. IV., ex quo ſunt hæc omnia deprompta. Al. addunt, *eſſe*. Al. ordinem verborum immutant.

b *Facti ſint*. Sic in Taur. at in Bon. *facti ſunt*.

c *Fabricatrix illa rerum providentia*. Iſæus, Pfaffius, & alii verborum ordinem variant. Daviſius vero heic notat. *Nec explicat ipſe Lactantius, licet id aggreſſus ſit* L. VII. cap. v. *Hac in re ſapientior Epicurus, qui* ait &c. Quæ Lactantius ipſe ibidem recitat ſeg. 4. & 7. Sed ut noſcas, quare Daviſius mentem Noſtri non aſſecutus, tam longe abierit, attende ad ea quæ ſubdidit. *Revera non utilitas ab homine referenda; ſed bonitas in hominem diffundenda, ratio fuit, cur genus humanum fabricatus ſit benigniſſimus Creator.* Vide Jobi XXII. ℣. 2. XXXV. ℣. 7. ſeq. Quaſi Lactantius, & non potius Epicurus utilitatem illam L. C. objeciſſet. Ulterius jam ſeg. 1. nota (e) cum Platone reſpoſionem, quam heic Daviſius inſinuat, Lactantius dederat, cui quum adverſus Epicuræi, atque Athei inſtarent, novo utique, atque generaliori principio,

ut

ut Noſter ſcite & ibi, & heic fecit, illis erat occurrendum, & hoc, capite ſequenti conſtabit ; nam in hocce, quod præ oculis habemus, philoſophorum dumtaxat opiniones Lactantius expendit, ſuam poſtea ſententiam prolaturus, quod non cognovit Daviſius.

8

Immortales eſſe animas, idem Plato affirmat [a] : ſed cur aut quomodo, aut quando, aut per quem immortalitatem aſſequantur, aut quod ſit omnino [b] tantum illud myſterium, cur ii, qui ſunt immortales futuri, prius mortales naſcantur, deinde decurſo temporalis vitæ ſpatio [c], atque abjectis fragilium corporum exuviis ad æternam illam beatitudinem transferantur, non comprehendit.

a *Immortales eſſe animas idem Plato affirmat.* Nempe in Phædro, Phædone, Gorgia, de legibus &c.

b *Aut quod ſit omnino.* Sic in utroque Cod. Al. *quidnam, aut quodnam tantum* &c. Aldus legit nobiſcum.

c *Temporalis vitæ ſpatio.* Hæc eſt amborum Cod. Mss. lectio. Quidam alii exhibent, *temporis vitæ.* Al. omiſſa voce media, ſtatim legunt; *ſpatio.* Hos corrigit Aldus.

9

Denique nec judicium Dei, nec diſcrimen

men juſti, & injuſti explicavit:ſed quum animas, quæ ſe ſceleribus immerſerint [a], hactenus [b] condemnari putavit, ut in pecudibus renaſcantur [c], & ita peccatorum ſuorum luere pœnas, donec rurſus ad figuras hominum revertantur, & hoc fieri ſemper, nec eſſe finem [d] traſmeandi: ludum mihi, neſcio quem, inducit, ſomnio ſimilem [e], cui nec ratio ulla, nec Dei gubernatio, nec conſilium aliquod ineſſe videatur:

CAP.

---

a *Sed quum animas, quæ ſe ſceleribus immerſerint.* Vox ſecunda in neutro ex Noſtris Codicibus extat; at ex aliis pleriſque cum Pfaffio, & Bunem. reddidimus, ut quæ ſequntur rite cohæreant. Pronomen *ſe* etiam in Taur. deſideratur. Walch. legit *per ſe*. Al. *qui ſe*. Al. *immiſerint*. Aldus noſtram lectionem præfert.

b *Hactenus*. Bon. *actenus*. Forte *eatenus*, ut ſenſus expoſtulare videtur.

c *Ut in pecudibus renaſcantur*. De hac animarum damnatione egit Plato in Timæo, & LL. paullo ſupra laudatis; ſed præcipue in Phædro cap. 203. Ubi de animabus poſt hominis mortem agens, & illarum quibuſdam, pro meritis uniuſcujuſque, diverſis aſſignatis ſedibus, *hinc*, ait, *& in Beſtiæ vitam humana anima tranſit, & ex beſtia rurſus in hominem, ſi anima quandoque prius fuerit hominis*. Vide Diſſ. xxv. cap. ix. §. xv.

d *Nec eſſe finem*. Sic etiam Aldus. Al. *nec circa finem*. Al. *nec citra* &c.

e *Somnio ſimilem*. Al. *ſomno ſimilem*.

CAP. LXIX.

I

DIcam nunc, quæ ſit illa ſumma [a] quam ne ii quidem [b], qui vera dixerunt, collatis in unum cauſſis, atque rationibus [c] connectere potuerunt. Factus a Deo mundus [d], ut homines naſcerentur; naſcuntur autem homines, ut Deum patrem agnoſcant [e], in quo eſt ſapientia: agnoſcunt, ut colant, in quo eſt juſtitia, colunt, ut mercedem inmortalitatis accipiant; accipiunt immortalitatem, ut in æternum [f] Deo ſerviant. Vi-

---

a *Quæ ſit illa ſumma*. Sic in Mss. Codicibus, & apud Aldum. Al. *illa ſententia*. Hocce caput in Antiquioribus editionibus erat x. in recentioribus VII. In noviſſimis LXIX., aut LXX.

b *Quam ne ii quidem*. Al. *nec ii*. Al. *ne hi*.

c *Atque rationibus*. Sic etiam Aldus. Al. *fictionibus*. Al. *actionibus*.

d *Factus eſt a Deo mundus*. Bun. locum hunc illuſtrat Orientii carminibus, quæ a nobis recitata ſunt Lib. VII. cap. VI. ſeg. 1. (b)

e *Ut Deum patrem agnoſcant*. Bon. *ut Deum parentem*. Iſæus in margine: *Forte agnoſcunt*. Sed ex Taurinenſi locus ſic eſt ex integro reſtituendus: *ut Deum patrem agnoſcant, in quo eſt ſapientia; agnoſcunt, ut colant, in quo* &c.

f *Ut in æternum*. Sic in Bon. At Taur. *in æterno*. Al. in utraque lectione præpoſitionem delent.

2

Videſne quemadmodum ſibi connexa ſint [a] & prima cum mediis, & media cum extremis? Inſpiciamus ſingula [b], & videamus utrumne illis ratio quoque ſubſiſtat [c]. Fecit Deus mundum [d] propter hominem.

a *Connexa ſint*. Sic in Bon. Codice. In Taur. vero, & aliis quibuſdam: connexa ſunt.
b *Inſpiciamus ſingula*. Hæc eſt lectio Ms. Cod. Taur., At Bon., & alii; *inſpiciantur*.
c *Utrum ne illis ratio quoque ſubſiſtat*; ex utroque Cod. Ms. hanc lectionem reſtituimus ſuæ integritati; nam in Taur. Tò *quoque*; in Bon. Tò *ratio* deſideratur, & hic pro; *ſubſiſtat*; legit; *ſubſiſtant*.
d *Fecit Deus mundum*. Sic in utroque Cod. Iſæus; *Fecit ergo Deus* &c.

3

Hoc qui non pervidet [a], non multum diſtat a pecude. Quis cælum ſuſpicit niſi homo? quis ſolem? quis aſtra? quis omnia Dei opera [b] miratur, niſi homo? Quis colit ter-

a *Hoc qui non pervidet*. Si etiam Aldus. Taurin. *qui non videt*.
b *Quis omnia opera*. Secunda vox non extat in editione Iſæana; ſed eam ex utroque Codice, & aliis reſtituimus.

terram? quis ex ea fructum capit? Quis navigat mare? Quis piſces, quis volatilia, quis quadrupedes habet in poteſtate, niſi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit: quia uſui hominis cuncta ceſſere [c].

c *Quia uſui hominis cuncta ceſſere*. In Bon. Cod. *ceperunt*. Al. *uſui hominum cuncta ceſſere*. Taur. in ſola ultima voce diſcrepat a Bon.

4

Recte ergo una viderunt hoc Philoſophi [a]; ſed illud, quod ſequitur, non viderunt, quod ipſum hominem propter ſe fecerit. Erat enim conſequens, & pium, & neceſſarium, ut quum hominis cauſſa tantam operam [b] molitus ſit, quum tantum illi honoris [c], tantum dederit poteſtatis, ut dominetur

a *Recte ergo una viderunt hoc Philoſophi*. Hanc lectionem exhibet Bon. Ms. Codex; ſed Taurin. tria priora verba omiſit.

b *Tanta opera*. Taur., & Bon. ita legunt; Iſæus edidit; *tantam operam*. Al. *totam operam*.

c *Tantum illi honoris*, *tantum dederit poteſtatis*. Sic in Cod. Taurin. At Bon. omiſſis tribus prioribus vocibus, ſolas exhibet poſtremas. Iſæus ediderat; *tantos illi honores* &c. Al. *tribuerit*. Aldus cum Iſæo legit.

tur in mundo, & homo agnoſceret Deum [d], tantorum beneficiorum autorem, qui & ipſum fecit mundum propter ipſum [e], eique cultum [f], & honorem debitum redderet.

d *Ut dominetur in mundo, & homo agnoſceret Deum*. In Taur. præpoſitio *in*, & copula deſunt, ſicuti in editione Iſæana. Nos utrumque ex Bon. reſtituimus, in quo tamen de more, non *Deum*, ut in Taur., *ſed Dominum* legitur, ut in Iſæana.

e *Qui ipſum fecit, & mundum propter ipſum*. Hæc eſt Bon. Codicis lectio. Taur. *qui & ipſum fecit mundum propter ipſum*. Pfaffius omiſit Tò primum *ipſum*.

f *Eique cultum*. Al. cum Iſæo; *& ei cultum*.

5

Hic Plato aberravit [a]: hic perdidit, quam primum arripuerat, veritatem, quum de cultu ejus Dei, quum conditorem rerum, ac parentem fatebatur, obticuit; nec intellexit, hominem Deo pietatis vinculis [b]

a *Hic Plato aberravit*; Is enim, & Triſmegiſtus, ut teſtatur Marſilius Ficinus in *Argum. ad Alcib.*II. *Quum ſupremi Numinis majeſtatem venerabantur, externas omnes ceremonias auferebant, ſolam, ac puram flagrantiam relinquentes*. Adde ipſum Platonem in *Timæo*.

b *Pietatis vinculis*. Sic in Taur. Codice; At Bon. habet: *poteſtatis vinculis*.

eſſe religatum, unde ipſa religio nominatur [c], & hoc eſſe ſolum [d], propter quod animæ immortales fiant.

---

c *Unde ipſa religio nominatur*. Vide ad Lib. IV. cap. XXVIII. ſeg. 3.

d *Et hoc eſſe ſolum*. Sic etiam Aldus. Al. copula deleta, novam *periodum incboant*: Hoc eſt ſolum &c.

6

Senſit tamen æternas eſſe; ſed non per gradus ad eam ſententiam deſcendit. Amputatis enim mediis, incidit potius in veritatem [a], quaſi per abruptum aliquod præcipitium: nec ulterius progreſſus eſt, quoniam caſu, non ratione verum invenerat [b].

Co-

---

a *Incidit potius in veritatem*. Sic Apud Aldum, & ſic in utroque Codice. Al. *incidit totius rei veritatem*. Quidam, qui hanc ſecundam lectionem retinent, etiam præpoſitionem *in* ſuo loco exhibent. Sed Tò *rei* non omnes habent.

b *Quoniam caſu, non ratione invenerat*. Al. *ad eam pervenerat*. Scilicet a Pythagoricis, quos poſt mortem Socratis audire voluit, de animarum immortalitate doctrinam didicit, ut de eo agens tradunt Apulejus, Cicero *in* I. *Tuſcular. Quæſt.*, Ariſtot. I. *Metaph.*, & S. Hieronym. Lib. II. *Epiſtol.* I. *ad Paulin.* quamquam Cicero loco a nobis indicato addat. non ſolum traditum eſſe, illum in Italiam veniſſe; ut

ut Pythagoreos cognoſceret; ſed *didiciſſe Pythagorea omnia*; *primumque de animarum æternitate non ſolum ſenſiſſe idem*, *quod Pythagoras*; *ſed rationem etiam attuliſſe*. Quæ autem fuerint hujuſmodi rationes videſis apud Noſtrum Lib.VII. cap.VIII. a ſeg. 4., & heic Cap. ſeq. a ſeg. 1. Unde non de hac immortalitate intelligendus heic Lactantius eſt; ſe de Beatitudine illa, qua a Deo juſti omnes, qui eum in hac vita debito cultu venerati fuerint, donabuntur; & iccirco proſequitur: *Colendus eſt igitur Deus* &c.

7

Colendus eſt igitur Deus, ut per religionem, quæ eadem juſtitia eſt, accipiat homo a Deo immortalitatem [a], nec eſt ullum aliud præmium piæ mentis [b]: quæ ſi eſt inviſibilis, non poteſt ab inviſibili Deo, niſi inviſibili mercede donari [c].

a *Accipiat homo a Deo immortalitatem*. Scilicet beatam, ac nulla prorſus perturbatione humanæ fragilitatis obnoxiam.

b *Piæ mentis*. Bon. *præmium merentis*.

c *Niſi inviſibili mercede donari*. Et hæc erat ratio, quam Plato ignoravit. In Taur. ſecunda vox deſideratur.

CAP. LXX.

I

PLurimis vero argumentis colligi poteſt, æternas eſſe animas. Plato ait [a]: quod per ſeipſum ſemper movetur [b], nec principium motus habet, etiam finem non habere [c]; animum autem hominis per ſe ſemper moveri, eumque, quia ſit [d] ad cogitandum mobilis, ad inveniendum ſolers, ad percipiendum facilis, ad diſcendum capax [e], & quia [f] præterita teneat, præſentia com-

a *Plato ait*: ſcilicet in Phaedro Adde Cicer. I. *Tuſc. Quaſt. in Somn. Scipion. ,& in Catone M.*

b *Quod per ſe ipſum ſemper movetur*. In Taur. habetur: *quod per ipſum*. Vide annotata a nobis ad Lib. VII. cap. VIII. ſeg.4. ubi etiam indicavimus variantem lectionem; heic autem addimus Tò *ſemper* a quibuſdam abeſſe.

c *Nec principium motus habeat, etiam finem non habere*. Sic Bon. At Taur. *motus habet*. Pfaffius edidit: *neque finem poſſe habere*. Aldus *nec etiam finem* &c.

d *Qui ſit*. Sic in utroque Ms. Codice. Al. *qui quia ſit*. Daviſius mallet *quem quia*. Heum. *Hinc quia ad inveniendum ſolus*. Bon. *ſollers*.

e *Ad diſcendum capax*. In Taur. habetur; *ad dicendum*.

comprehendat, futura proſpiciat, multarumque rerum, & artium ſcientiam complectatur, immortalem eſſe; ſiquidem nihil habeat in ſe de terreni ponderis labe concretum [g].

f *Et quia*. Sic bene in Mas. Bon. Al. *ut qui*. Al. *ut quia*. Noſtram lectionem cæteris præponit Bun.

g *Nihil habeat de terreni ponderis labe concretum*. Pura igitur, & omnino ſpiritualis anima noſtra, ac propterea nullo modo materialis, & corporea. In Taur. Cod. præpoſitio non extat.

2

Præterea ex virtute, ac voluptate [a] intelligitur æternitas animæ. Voluptas omnibus communis [b] animalibus, virtus ſolius eſt hominis; illa vitioſa eſt, hæc honeſta; illa ſecundum naturam, hæc adverſa naturæ, niſi anima immortalis eſt.

a *Ex virtute, ac voluptate*. Iſæus edidit; *an voluptate*, addito in fine periodi puncto interrogationis.

b *Voluptas omnibus communis*. Al *eſt communis*. Al. *voluptas omnis*. Aldus noſtram lectionem tuetur.

3

Virtus enim pro fide, pro juſtitia [a] nec

egeſtatem timet, nec exilium metuit, nec carcerem perhorreſcit, nec dolorem reformidat, nec mortem recuſat, quæ quia naturæ contraria [b] ſunt, aut ſtultitia eſt virtus, ſi & commoda impedit, & vitæ nocet; aut ſi ſtultitia non eſt, ergo anima immortalis eſt, & ideo præſentia bona contemnit, quia ſunt alia potiora, quæ poſt diſſolutionem corporis ſui aſſequatur [c].

a *Pro fide, pro juſtitia*. Pfaffius, & Heum. addunt: *&*; ſed Daviſius, & Bunem. eam particulam delent, quæ in Mss. Codd. non apparet.

b *Quæ, quia naturæ contraria* &c. Sic etiam Aldus. Al. *quia natura*.

c *Quæ poſt diſſolutionem corporis ſui*. Sic in Codice Bon. Al. vocem ultimam omittunt. Aldus; *ſui corporis*.

4

Illud etiam [a] maximum argumentum immortalitatis, quod Deum homo ſolus agnoſcit [b]. In mutis nulla ſuſpicio religionis eſt [c], quia terrena ſunt, in terramque proſtrata [d]. Homo ideo rectus aſpicit cælum, ut

a *Illud etiam*. Al. cum Iſæo. *Illud autem*. Al. *enim*.

b *Homo ſolus agnoſcit*. Al. *ſolus homo*.

c *Religionis eſt*. Ultima vox ab Iſæo eſt omiſſa.

d *In terramque proſtrata*. Iſæus: *quia terrena proſtrata jacent*. Et ſic Aldus.

ut Deum quærat. Non poteſt igitur [e] non eſſe immortalis, qui immortalitatem [f] deſiderat. Non poteſt eſſe ſolubilis, qui cum Deo & vultu, & mente communis eſt [g].

e *Non poteſt igitur* &c. Sic in Codice Taurinenſi. At in Bon. per interrogationem ſic legitur: *An poteſt igitur non eſſe immortalis* &c.

f *Immortalem deſiderat*. Sic ambo Mss. Codd. Al. *immortalitatem deſiderat*.

g *Communis eſt*. Vide ad Lib. de *Opif.Dei* c.VIII. ſeg. 3., & Lib. VII. cap. V. ſeg. 6.

5

Denique cæleſti elemento [a], quod eſt ignis [b], homo ſolus utitur. Si enim lux per ignem, vita per lucem, apparet, eum, qui uſum ignis habet [c], non eſſe mortalem; quoniam id illi proximum, id famiiiare eſt, ſine quo non poteſt nec lux,nec vita conſtare. Sed

a *Denique Celeſti elemento*. Bon. *Dei quæ*.

b *Quod eſt ignis*. Bon. ſecundam vocem non habet.

c *Qui uſum ignis habeat*: Sic in utroque Cod. Iſæus, & Al. *habet*. Pfaffius in *Diſſ. prælim*. §.XXXVI. *Frigidum* hoc argumentum appellat, & Daviſius *ratiocinium ineptum omnino*, *& inſubidum*. Sed non tale erat apud Paganos, qui Deum aut in igne habitare, aut ignem eſſe putabant, ad quem, tamquam illius ſcintilla, anima rationalis, ſoluta corpore avolare dicebatur. Vide Diſſ. XXV. cap. VIII. §. III., & ad Lib. VII. cap. IX. ſeg. 13. (2).

6

Sed quid argumentis colligimus, æternas eſſe animas, quum habeamus teſtimonia divina? Id enim ſacræ litteræ, ac voces Prophetarum docent. Quod ſi cui parum videtur [a], legat, carmina Sibyllarum, Apollinis quoque Mileſii [b] reſponſa conſideret; ut intelligat, deliraſſe Democritum, & Epicurum, & Dicæarchum [c], qui ſoli omnium mortalium [d], quod eſt evidens, negaverunt [e].

a *Quod ſi cui parum videtur*. Al cum Iſæo: *parum videatur*. Aldus hanc lectionem corrigit, ut nobiſcum legat.

b *Carmina Sibyllarum*, *Apollinis quoque Mileſii*. Vide Lib. VII. cap. XIII. ſeg. 5. ſeq.

c *Democrium, & Epicurum, & Dicæarchum*. Vide ubi ſupra ſeg. 7.

d *Omnium mortalium*. Hæc ultima vox in Taur. non extat.

e *Quod eſt evidens negaverunt*. Hactenus apud Iſæum caput X. apud Daviſium LXXI. nos cum Heum., Walchio, & Langletio continuamus LXX.

7

Confirmata immortalitate [a], ſupereſt do.

a *Confirmata immortalitate*. Hocce ſegmentum apud Bunem. eſt ſignatum n. 14. cap. LXX. Al. VII.

docere [b], a quo, & quibus, & quomodo, & quando tribuatur [c]? Quum certa & conſtituta divinitus tempora compleri cœperint, interitum, & conſumationem rerum [d] fieri neceſſe eſt, ut innovetur a Deo mundus. Id vero tempus [e] in proximo eſt, quantum de numero annorum, deque ſignis, quæ prædicta ſunt a Prophetis [f], colligi poteſt.

---

b *Supereſt docere*. Sic etiam Aldus. Cellarius, & quidam Al. *dicere*.

c *A quo, & quibus, & quomodo, & quando tribuatur*. Sic locus iſte reſtituendus eſt ex Taurin., nam in Bon. mutilus eſt, & verba deleta apparent. In aliis plerisque, legitur: *a quo tribuatur ei tribuitur*, vel *& ei tribuatur*.

d *Interitum, & conſummationem rerum*. Al. *& interitum*. In Taur. vox ultima deſideratur.

e *Id vero tempus*. Sic in utroque Codice. Al. *tempore*. Aldus noſtram retinet lectionem.

f *Prædicta ſunt a prophetis*. Taur. *prædicata*. Bon. *prædicta ſint* &c. Al. *a Philoſophis* cum Thomas., & Aldo ſeniori, quos junior corrigit.

8

Sed quum ſint [a] innumerabilia, quæ de fine ſæculi, & concluſione [b] temporum dicta

---

a *Sed quam ſint*. Verbum *ſint* omnino abeſt a Taur.

dicta ſunt, ea ipſa quæ dicuntur [c], nuda ponenda ſunt, quoniam ut teſtimoniis utamur immenſum eſt. Si quis illa deſiderat, aut nobis minus credit [d], adeat ad ipſum ſacrarium [e] cæleſtium litterarum, quarum fide inſtructior [f] erraſſe Philoſophos ſentiet, qui aut æternum eſſe hunc mundum, aut infinita eſſe annorum millia, putaverunt, ex quo fuerit inſtructus.

b *Et concluſione.* Sic in utroque Codice. At Iſæus edidit, *& conſummatione*. Utraque voce Noſter utitur L. VII. cap. XIV. ſeg. 15. & 17. Aldus legit nobiſcum.

c *Ea ipſa, quæ dicuntur.* Daviſius mavult, *dicentur*.

d *Aut nobis minus credit*. Taur. *aut noviſſimus*.

e *Ad ipſum Sacrarium*. Taur. *ad Sacrarium*. Vide Lib. VII. cap. III. ſeg. 14. & cap. XV. ſeg. 1.

f *Quarum fide inſtructior*. Sic in Bon. Codice, quem ſequor cum Iſæo, Pfaffio, aliiſque tam editis, quam Mss. Al. *inſtructus*, quæ vox paullo infra diverſo ſenſu repetitur contra morem Lactantii.

9

Nondum enim ſex millia completa ſunt, quo numero conſummato, tunc demum malum omne tolletur [a], ut regnet ſola juſtitia. Quod quatenus eventurum ſit, paucis explicabo.

a *Tunc demum malum omne tolletur*. Taur. *tollatur*. Al. *tum demum*.

CAP. LXXI.

§ I §

HÆc autem a Prophetis : a ſed & vatibus [a], futura dicuntur. Quum cœperit mundo finis ultimus propinquare, malitia invaleſcet, omnia vitiorum, & fraudum genera crebreſcent, juſtitia interibit, fides, pax, miſericordia, pudor, veritas non erit, vis; & audacia prævalebit, nemo quicquam habebit, niſi male partum, manuque defenſum [b]. Si

a *Hæc autem a Prophetis*; *ſed & a vatibus*. Sic in Noſtro Bon. Codice Taur. *ſed a vatibus*. Al. & vatibus. Al. *hæc autem probatis* &c. Vide Lib. VII. c. xv. ſeg. 7. ſeqq., & expreſſe ibidem cap. xviii. ſeg. 1. ubi habetur manifeſte quid heic ſibi velit Lactantius; dicit enim: *hæc ita futura eſſe*, *cum prophetæ omnes ex Dei Spiritu*; *tum etiam vates ex inſtinctu Dæmonum cecinerunt*. Cellarius heic monet: *caute*, *quæ ſequuntur, ſunt legenda; vaticiniis enim fabulæ, & ſomnia ſunt admiſta*. Monitum revera ſalubre; ſed cave, ne cum Sectariis vera divina oracula, infra legenda, inter ſomnia recenſeas, quod ne accidat, ſingillatim indicabo, quum opus fuerit.

b *Niſi male partum, manuque defenſum*. Sic in Noſtro Bon. Codice, ac in aliis plæriſque. Taur. *niſi manu*, quod probavimus L. VII. cap. xv. ſeg. 9. ex quo, & antecedentia, & ſeqq. iſta ſunt in compendium redacta.

2

Si qui erunt boni, prædæ ac ludibrio habebuntur. Nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis, aut ſenis miſerebitur, avaritia,& libido [a] univerſa corrumpet. Erunt cædes, & ſanguinis effuſiones. Erunt bella non modo externa, & finitima, verum etiam inteſtina. Civitates inter ſe belligerabunt, omnis ſexus, & omnis ætas arma tractabunt [b].

a *Avaritia, & libido*. Sic Codex Bon. exhibet, quæ tamen in Taur. deſiderantur.

b *Arma tractabunt*. Sic in Bon. Cod., ac plerisque omnibus. Taur. *tractabit*. Utrumque latinum; ſed heic Noſtra lectio elegantior ob præcedentia, *erunt .... belligerabunt* &c. Quod non viderunt Daviſius, & Bunemannus, ſingulare præferentes. Hæc omnia prædicta ſunt. Matth. XXIV. Marc. XIII. Luc. XXI.

3

Non imperii dignitas conſervabitur, non militiæ diſciplina; ſed more latrocinii deprædatio, & vaſtitas fiet [a]. Regnum multiplicabitur, & decem viri occupabunt orbem

a *Deprædatio, & vaſtitas fiet*. Sic in Cod. Bon., & apud Aldum. Al. *prædatio, & vaſtaſio*. In Taurin. copula ſola deſideratur.

bem,& partientur, & vorabunt [b]; & exiſtet alius longe potentior [c], ac nequior, qui tribus ex eo numero deletis, Aſiam poſſidebit, & cæteris in poteſtatem ſuam redactis, & adſcitis vexabit [d] omnem terram. Novas leges ſtatuet, veteres abrogabit, rempublicam ſuam faciet: nomen imperii, ſedemque mutabit. Tunc

b *Et partientur, & vorabunt* &c. Daviſius, & Bun. *partientur, devorabunt*.

c *Et exiſtet longe potentior*. Sic in Cod. Bon. At in Taur. copula non extat. Al. *& exiſtet Aldus ut nos edidimus*.

d *Qui tribus deletis*. Sic in utroque Ms. Al. *tribus ex eo numero*: quam lectionem præfero ex lib. VII. Cap. XXVI. ſeg. 3.

e *In poteſtatem ſuam redactis, & adſcitis, vexabit* &c. Taur. *qui tribus deletis aliam poſſidebit, cæteris in poteſtatem ſuam redactis, & adſcitis vexabit*. Bon. *aliam poſſidebit, cæteris in poteſtate ſua redactis, & a ſcitis, vexavit*. Aldus: *aſcitis*. Iſæus: *a ſcitis*; *vorabit*. Al. pro libito unam ex iis lectionibus amplectuntur. Hæc decerpta ſunt ex cap. XVI. ſeg. 1. & ſeq. ejuſdem Lib. VII., ad quem ablego lectorem meum.

f *Nomen Imperii, ſedemque*. Scilicet, imperium non amplius Romanum dicendum, nec Imperii ſedem poſtmodum Romam eſſe futuram, quod tentavit efficere Maximianus Galerius, qui *hoſtem ſe Romani nominis erat profeſſus, cujus titulum immutari volebat, ut non Romanum Imperium, ſed Daciſcum nominaretur*. Ex Lact. eodem de M. P. cap. XXVII. ſeg. 8.

4

Tunc erit tempus infandum, & execrabile, quo nemini libeat vivere [a]. Denique in eum ſtatum res cadet, ut omnes vivos lamentatio [b], mortuos gratulatio ſequatur. Civitates, & oppida [c] interibunt, modo ferro, & igni, modo [d] terræ motibus crebris, modo aquarum inundatione, modo peſtilentia, & fame. Terra nihil feret, aut frigoribus nimiis [e], aut caloribus ſterilis. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem, partim amaritudine vitiabitur [f]; ut nihil ſit nec ad cibos utile, nec ad potum ſalubre [g].

His

a *Quo nemini libeat vivere*. Deſiderantur iſta in Ms. Taurinenſi.

b *Ut vivos lamentatio*. Sic in utroque Cod. Al. *ut vivos omnes*, aut *ut omnes viros*.

c *Civitates, & oppida*. Sic etiam Aldus. Al. *Civitas, & oppida*.

d *Modo ferro, & igni, modo* &c. Sic Mss. Al. *modo ferro, modo igni* &c.

e *Rigoribus nimiis*. Al. *frigoribus*.

f *Partim amaritudine vitiabitur*. Taur. *partim amaritudinem vitiabitur*. Bon. ſequimur; niſi quod in eo legitur, *vitiavitur*.

g *Ad potum ſalubre*. Taur. *potu*. Bon. *ſalubræ*.

5

His malis accedent etiam prodigia de cælo, ne quid deſit [a] hominibus ad timorem. Cometæ crebro apparebunt. Sol perpetuo pallore [b] fuſcabitur. Luna ſanguine inficietur [c], nec amiſſæ lucis damna reparabit. Stellæ omnes decident, nec temporibus ſua ratio conſtabit, hyeme, atque æſtate confuſis [d].

---

a *Accedent etiam prodigia de Cælo, ne quid deſit hominibus ad timorem*. Sic in Codice Taurin. At Bon., & alii: *etiam prodigia ad timorem*; omiſſis iis, quæ mediant. Iſæus, & Aldus, *accedent prodigia hominibus* &c. Al. *accident* &c. Nota quod in Ms. Bon. verba, quæ deſiderantur, ſunt deleta caſu.

b *Perpetuo pallore*. Sic in utroque Ms. Codice. Al. cum Iſæo: *perpetuo ſquallore*.

c *Luna ſanguine inficietur*. Sic in Cod. Taurinenſi ſed in Bon., & aliis: *Lunam color ſanguinis obumbrabit*.

d *Lucis damna reparabit*. In utroque Codice legitur: *reparavit*.

e *Hyeme, atque æſtate confuſis*. Sic in Bon. Taurin. *confuſi*. Al. *hyeme, ac æſtate* &c.

6

Tunc & annus, & menſis, & dies breviabitur. Et hanc eſſe mundi ſenectutem, ac

defectionem, Triſmegiſtus elocutus eſt [a]. Quæ quum evenerint [b], adeſſe tempus ſciendum eſt, quo Deus [c] ad commutandum ſæculum revertatur.

---

a *Triſmegiſtus elocutus eſt*. Vide L. VII. c. XVIII. ſeg. 4. ubi ejus verba a Noſtro recitantur.

b *Quæ quum evexerint*. Sic in Cod.Taur. At Bon., & alii *quum venerint*.

c *Quo Deus*. Taur. *quod Deus*.

7

Inter hæc autem mala exurget Rex impius [a], non modo generi hominum, ſed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris [b] tyranni conteret, cruciabit, vexabit, interimet. Tunc erunt lacrhymæ juges [c], luctus, & gemitus perpetes [d], & ad Deum caſſæ preces [e]: nulla requies a formidine, nec

---

a *Inter hæc autem mala exurget Rex impius*. Sic etiam Aldus. Taur. *ſurget*. Iſæus, & alii: *Inter autem hæc mala*.

b *Reliquas illius prioris*. Taur. *illius prioribus*. Vide L. VII. cap. XVII. 2.

c *Tunc erunt lachrymæ juges*. Sic in utroque Codice. Al. *Tunc etiam lachrymæ luges*. Al. *luctus* &c. Aldus legit nobiſcum.

d *Et gemitus perpetes*. Al. *præpot es*. Al. *præpotens*, Al. *præpetes*.

nec ſomnus ad requiem [f]. Dies cladem, nox metum [g] ſemper augebit.

---

e *Et ad Deum caſſa preces*. Sic Aldus, & ita legitur in utroque Codice, ac in aliis pleriſque. Quidam tamen exhibent: *& ad eum*. Al. *cauſa, & preces*.

f *Nulla requies a formidine, nec ſomnus ad quietem*. Sic Aldus. In Cod. Taur. *ad requiem* ubi Bon. habet: *ad formidinem*.

g *Nox metum*. Taur. *nox tecum*. Al. *mox metus*. Bon. *metus*.

8

Sic orbis terrarum pene ad ſolitudinem, certe ad raritatem [a] hominum redigetur. Tunc impius juſtos homines [b], ac dicatos Deo duobus & quadraginta menſibus perſequetur, & ſe coli jubebit, ut Dominum [c]. Se enim dicet eſſe Deum, quum ſit Antichriſtus; qui, ut erit adverſarius [d], &, ut ei credi poſſit [e], acci-

---

a *Certe ad raritatem*. Sic in utroque Ms. Codice quamquam in Bon. vix lectio appareat, unde Iſæus hæc verba omiſit, aliique poſt ipſum.

b *Tunc impius juſtos homines, ac dicatos Deo*. Sic Aldus, & ſic in utroque Codice. Al. *Tunc & impius* ... *deditos Deo*. Al. *divites Deo*. Heum. tentat, *devotos Deo*.

c *Et ſe coli jubebit, ut Dominum*. Sic nitide in Codice Bon. Al. *ut Deum*.

accipiet poteſtatem mirabilia faciendi, ut ignis deſcendat è cælo, & Sol reſiſtat a curſu ſuo *f*, ut imago, quam poſuerit, loquatur.

---

d *Se enim dicet eſſe Deum, quum ſit Antichriſtus.* Sic in utroque Codice, & ſic Aldus, Thomas: Schottus, Iſæus, & Pfaffius. Al. *ſe enim dicet eſſe Chriſtum, cujus erit adverſarius.*

e *Qui ut erit adverſarius, & ut credi ei poſſit.* Sic in utroque Codice. Et ſic omnes antiquiores. Al. *ut credi ea poſſint*, præpoſito puncto finali, quaſi nova inchoaret periodus. Al. *qui ut adverſari ei poſſit.*

f *Ut ignis deſcendat e Cælo, & Sol reſiſtat a curſu ſuo.* Sic in utroque Codice. Al. *de Cælo.* Al. *a Cælo.* Al. *deſiſtat.* Al. ultimam vocem omittunt.

9

Quibus prodigiis illiciet multos *a*, ut adorent eum, ſignumque ejus in manu, aut fronte ſuſcipiant. Et qui non adoraverit, ſignumque ſuſceperit, exquiſitis cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit, tertia in deſertas ſolitudines fugiet.

---

a *Illiciet multos.* Al. *alliciet.*

10

Sed ille vecors, ira implacabili furens *a*, adducet exercitum, obſidebit montem,

tem, quo juſti confugerint. Qui quum ſe viderint circumſeſſos; implorabunt auxilium Dei voce magna, & exaudiet eos[b] Deus, & mittet eis liberatorem[c].

a *Sed ille vecors ira implacabili furens*. Sic etiam Aldus. Al. *protervia furens*. Quidam, *vetere via implacabili*.

b *Et exaudiet eos Deus, & mittet*. Sic in codicibus Ms. ambobus, niſi quod Tò *Deus* in utroque deſideratur. Aldus integram retinet lectionem. Al. *& audiet . . . & immittet*.

c *Et mittet eis liberatorem*. Hiſce verbis finem imponunt cap. LXXI. Walchius, Heum., Bun. Langletius &c. Iſæus; at antiquiores continuant cap. XI; Daviſius vero terminat cap. LXXIII.

C A P. LXXII.

I

TUnc cælum[a] in tempeſta nocte patefiet, & deſcendet Chriſtus in virtute magna, & anteibit eum claritas ignea, & vis inæſti-

a *Tunc Cælum intempeſta nocte*. Hactenus Noſter ea recenſuit, quæ extant L.VII. ad caput uſque XIX. Nec quicquam ex quo Cellarius nos monuit, caute legenda eſſe, quæ ſequebantur, invenimus nota ſpeciali dignum. Iccirco videndum ſupereſt, num in ſequentibus aliquod hujuſmodi occurrat. L. C. ſeg. 2. *intempeſta, & tenebroſa nocte*.

ſtimabilis Angelorum [b], & extinguetur omnis illa multitudo impiorum, & torrentes ſanguinis current, & ipſe ductor effugiet, atque exercitu ſæpe reparato, quartum prælium faciet, quo captus cum cæteris omnibus tyrannis [c], tradetur exuſtioni [d].

b *Et anteibit eum claritas ignea, & vis ineſtimabilis Angelorum*. Sic in Noſtro Bon. Codice. At in Taur. *vis ineſtimabilis*. Iſæus, & Pfaffius, *& antecedet eum ..... virtus*. Aldus omnino nobiſcum legit.

c *Cum cæteris omnibus tyrannis*. In Taur. tertium verbum in Iſæana editione ſecundum deſiderantur. Aldus primum, & ſecundum delet.

d *Tradetur exuſtioni*. Taur. *traditur*.

2

Sed & ipſe dæmonum princeps, auctor, & machinator malorum, catenis igneis [a] alligatus, cuſtodiæ dabitur; ut pacem mundus accipiat, & vexata [b] a ſæculis terra requieſcat.

a *Catenis igneis*. Sic in Bon. & apud Aldum; At in Taur. vox ultima non extat.

b *Et vexata*. Sic in Bon. Codice Taur. *ut vexata*, Iſæus: *& ut vexata*.

3

Pace igitur parta [a], compreſſoque omni ma-

malo, Rex ille juſtus, & victor, judicium magnum de vivis, & mortuis faciet ſuper terram, & viventibus quidem juſtis tradet in ſervitium gentes [b] univerſas; mortuos autem ad æternam vitam ſuſcitabit, & in terra cum iis ipſe regnabit [c], & condet ſanctam civitatem, & erit hoc regnum juſtorum [d] mille annis.

a *Pace igitur parta*. Taur. *parata*.
b *Tradet in ſervitium gentes*. Sic in utroque Codice. Al. *in ſervitutem*. Hæc, & quæ ſequuntur ex cap. xx. libri VII. excerpta, cenſuram merentur, qua ea ibidem notavimus; & in Diſſertationibus ſuo loco, jam indicato, ubi ſupra, uberius expendemus.
c *Cum iis ipſe regnabit*. In utroque Codice habetur: *cum his ipſe regnavit*.
d *Et erit regnum juſtorum*. Al. *hoc regnum*.

4

Per idem tempus ſtellæ candidiores erunt [a], & claritas ſolis augebitur, & luna non patietur diminutionem [b]. Tunc deſcendet a Deo pluvia benedictionis matutina, & veſpertina: & omnem frugem terra ſine labore hominum procreabit.

a *Stellæ candidiores erunt*. Al. *& ſtellæ* &c.
b *Diminutionem*. In utroque Codice: *deminutionem*. Sicuti habetur etiam in aliis diverſorum authorum operibus.

5

Stillabunt mella de rupibus [a]; lactis, & vini fontes exuberabunt; Beſtiæ, depoſita feritate [b] manſueſcent, lupus inter pecudes errabit innoxius, vitulus cum leone paſcetur, columba cum accipitre [c] congregabitur; ſerpens virus non habebit, nullum animal vivet ex ſanguine. Omnibus enim Deus copioſum, atque innocentem victum, miniſtrabit [d].

a *Stillabunt mella de rupibus*. Vide annotata ad Lib. VII. cap. XXIV. ſeg. 7.

b *Depoſita feritate*. Bon. *faeitatæ*.

c *Cum accipitre*. Bon. *cum accipitrae*.

d *Victum miniſtrabit*. Sic Aldus. At in utroque Codice: *miniſtravit*. Iſæus male pro hoc verbo, ſcripſit: *dabit*.

6

Peractis vero mille annis, ac reſoluto dœmonum principe, rebellabunt gentes adverſus juſtos, & veniet innumerabilis multitudo ad expugnandam [a], delendamque ſanctorum civitatem [b].

a *Ad expugnandam, delendamque*. Sic Cod. Bon.

b *Sanctorum civitatem*. In Codice Bon. extat poſt hæc verba mediocris lacuna, quæ terminatur voce illa hujus periochæ finali; *gentes* in medio tamen apparent; *timu*. Hinc Iſæus edidit: *Sanctorum gentem*. *Concutiet enim* &c.

7

Tunc fiet ultimum judicium Dei adverſus gentes [a]. Concutiet enim a fundamentis ſuis terram, & corruent Civitates, & pluet ſuper impios ignem cum ſulphure, & grandine, & ardebunt, & ſe invicem trucidabunt. Juſti vero ſub terra paulliſper latebunt [b], donec perditio gentium fiat [c], & exhibunt poſt diem tertium, & videbunt campos cadaveribus opertos.

a *Sanctorum civitatem. Tunc fiet ultimum judicium Dei adverſus gentes* &c. Sic utique ex Taur. Codice locus iſte eſt reſtituendus priſtinæ integritati.

b *Sub terra paulliſper latebunt*. Bon., *ſub paulliſper terram*.

c *Perditio gentium fiat*. Bon. ſic legit; ſed Iſæus, & alii mutant verborum ordinem.

8

Tunc fiet [a] terræ motus, & ſcindent ſe montes, & ſubſident valles in altitudinem profundam [b], & congerentur in eam [c] corpora mor-

a *Tunc fiet*. Sic in utroque Codice. Iſæus, & alii *fient*.

b *Et ſcindent ſe montes, & ſubſident valles in altitudinem profundam*. Sic ex Taur. Codice reſtituen-

mortuorum, & vocabitur nomen ejus Polyandrium [d].

tuenda eſt hæc lectio, quæ ſic ab Iſæo,. & Thomaſ. erat exhibita. *Et ſubſident in latitudine vallis profundæ*. Nota tamen, quod in Taur. habetur. *Scindentur* &c. L. VII. cap. XXI. ſeg. *ſubſidunt colles*. Unde Heum. etiam heic ita putat legendum.

c *In eam*. Sic in Cod. Taur. At Bon. legit; *in ea*.

d *Polyandrium*. Sic in utroque Codice, unde non erat Græcis characteribus vocabulum iſtud ſcribendum in editis. De hujus vocis ſignificatione vide ad Lib. VI. cap. XII. ſeg. 25. (a)

9

Poſt hæc renovabit Deus [a] mundum, & transformabit juſtos in figuras Angelorum [b], ut immortalitatis veſte donati [c], ſerviant Deo in ſempiternum. Et hoc erit regnum Dei, quod finem non habebit [d]. Tunc etiam impii

a *Poſt hæc renovabit Deus*: Sic Bon. At Taur. ultimam vocem omittit.

b *In figuras Angelorum*. Sic in utroque Codice. Iſæus vero, aliique ediderunt: *in figuram*. I. E. ut Noſter ait Lib. VII. cap. XXVI. ſeg. 5. *in ſimilitudinem Angelorum*. Vide a nobis ibidem annotata.

c *Ut immortalitatis veſte donati*. Taur. *immortali veſte*. Bon. primos characteres punctis diſtinguit.

d *Et hoc erit Regnum Dei, quod finem non habebit*.

impii reſurgent [e], non ad vitam, ſed ad pœnam. Eos quoque [f] ſecunda reſurrectione facta, Deus excitabit, ut ad perpetua tormenta damnati, & æternis ignibus traditi [g], merita pro ſceleribus ſuis ſupplicia perſolvant [h].

---

bit. Hæc omnia ex Taurinenſi Codice Pfaffius, & alii poſt ipſum ediderunt; ſed vereor ne ſint genuina; nam neque in Mss., neque in typis editis quicquam ſimile invenitur.

e *Tunc etiam impii reſurgent.* Sic in Bon. At in Taur. *Tunc impii*. Al. *Tunc enim*. Aldus legit nobiſcum.

f *Eos quoque*. Sic in utroque Ms. Codice. Daviſius, & alii quidam: *eosque*.

g *Et æternis ignibus traditi*. Al. *æterniſque*.

h *Supplicia perſolvant*. Sic Aldus, & ſic habent Codices ambo. Al. primam vocem omittunt, vel ſecundam mutant in: *ſolvant*. Hactenus cap. LXXII. Daviſ. LXXIV.

C A P. L X X I I I.

SEU EPILOGUS.

I

QUare quum hæc omnia [a] vera, & certa ſint, Prophetarum omnium conſonanti adnuntiatione prædicta, quum eadem Triſmegiſtus, eadem [b] Hyſtaſpes,

pes, eadem, Sibyllæ cecinerint, dubitari non poteſt, quin ſpes omnis vitæ [c], ac ſalutis in ſola Dei religione ſit poſita [d].

---

a *Quare quum hæc omnia*. Ab hiſce verbis. *Epilogus*, incipit; Unde Walchius hocce vocabulo; tamquam titulo, quæ ſequuntur, inſcribit. Daviſius vero ea complectitur ſub cap. LXXV. Heum. LXXII. Bunem. facit cum Walchio; nos cum Langletio. In Codice Bonon. poſt verbum: *perſolvant*, quo antecedens caput abſolvitur, lacuna duarum fere linearum cernitur, quarum prima ab hiſce verbis terminatur: *hæc omnia vera*; ſecunda autem duas tantum ſyllabas habet ... *arum*; unde apparet, Iſæum, Thomaſſium, aliosque inde ſculpſiſſe: *Hæc omnia vera, omnium conſona adnunciatione prædicta*: cæteris omiſſis, quæ in Taurinenſi leguntur. Ea nos recepimus; ſed Tò *conſona* Bon. reponimus pro *conſonanti* Taurin.

b *Triſmegiſtus, eadem Hyſtaſpes, eadem Sibyllæ cecinerint*. Sic Aldus, & ſic in Cod. Taur. Bon. vero; *Triſmegeſtus ... Staſpes ... Sybillæ cænerint*. Al: *concinerint*. Iſæus: *concinerunt*. Horum autem oracula Noſter recitavit Lib. VII. cap. XVIII. ſeqq.

c *Quin ſpes omnis vitæ*. Aldus hanc exhibet lectionem, & ſic in utroque Codice. Al. cum Thomaſſio: *cura, ſpes, omnes vitæ, ac ſalutis* &c.

d *Sit poſita*. Sic Codices ambo. Al. *ſunt*. Al. *ſint*. Aldus: *ſint poſitæ*.

2

Itaque niſi homo ſuſceperit [a], quem Deus ad liberationem miſit, atque miſ-
ſurus

ſurus eſt [c]; niſi ſummum Deum per eum cognoverit [c]; niſi mandata ejus, legemque ſervaverit [d], in eas incidet pœnas, de quibus locuti ſumus.

---

a *Itaque niſi homo ſuſceperit, quem Deus* &c. Sic Aldus, & ſic in Codice Bon. ac in pleriſque omnibus antiquis. Recentiores addunt *Chriſtum* ex Taur. ſed gloſſema merito judicatur.

b *Miſit, atque miſſurus eſt*. Sic in Cod. Bon. *Tria ultima verba a quibuſdam omittuntur*; ſed Aldus reſtituit.

c *Niſi ſummum Deum per eum cognoverit*. Iterum hanc lectionem alterat Codex Taur. legendo: *niſi ſummum Deum Chriſtum cognoverit*: Sed quum videas me hanc vocem reſpuere, non credas tamen cum Daviſio facere velle, qui heic ait: *Chriſtum vix ſummum Deum vocaret Noſter. Is enim a recta ſide tantum aberat, ut quum reliquos Patres ante-Nicænos tuendos ſuſceperit C. Georg. Bullus, Lactantio ſe patronum noluerit præſtare* &c. Nam tali patrono Firmianus non indiget, quum apertiſſimis verbis Jeſu Chriſti divinitatem, Patri conſubſtantialem & cognoverit, & docuerit, & vindicaverit, ut ſuis locis oſtendimus præcipue Lib. IV. cap. XXIX. a ſeg. 2., & Diſſ. XXXIV. cap. II. §.III., & Diſſ. XXXV. cap. I. §. IV.

d *Legemque ſervaverit*. Al. *legeſque*. Aldus L. N.

3

Proinde fragilia contemnenda ſunt, ut ſolida conſequamur, ſpernenda terrena, ut cœ-

cæleſtibus honoremur [a], temporalia fugienda, ut ad æterna veniamus [b].

a *Ut Cæleſtibus honoremur.* Mss. aſpiratione carent, quam Schottus reddidit.
b *Ut ad æterna veniamus*. Sic Bon. At in Taur. habetur: *ut ad æterna fugiamus*.

4

Erudiat ſe quiſque ad juſtitiam, reformet ad continentiam [a], præparet ad agonem [b], inſtruat ad virtutem; ut ſi forte adverſarius indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, nullis cruciatibus a recto, & bono divellatur [c],

a *Formet ad continentiam*. Al. *firmet*. Al. *reformet*. Aldus N. L.
b *Præparet ad agonem*. Sic in Codice Bon., at deſiderantur iſta in Taur.
c *Divellatur*. Sic in Bon. Codice. Taur. tamen legit, depellatur.

5

Non ſe ſubſternat inſenſibilibus figmentis, ſed verum, & ſolum Deum rectus agnoſcat [a], abjiciat voluptates, quarum illecebris

a *Rectus agnoſcat*. Al. *cognoſcat*. Ald. N. L.

bris anima ſublimis deprimitur ad terram, teneat innocentiam, proſit quamplurimis, incorruptibiles ſibi theſauros [b] bonis operibus acquirat [c], ut poſſit, Deo judice, pro virtutis ſuæ meritis vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis [d] adipiſci.

---

b *Sibi theſauros*. In utroque Cod. legitur, *thenſauros*.

c *Acquirat*. Daviſius mallet, *anquirat*. I. E. *diligenter*, *& ſummo ſtudio quærat*, alias fiet ſenſus pravus, *acquirat*, *ut poſſit adipiſci*; ſed homo a recta fide alienus bonorum operum meritum nihili exiſtimans Noſtri ſenſa non intellexit. Hortatur enim nos Lactantius, ut in hac vita incorruptibiles meritorum theſauros bonis operibus acquiramus, ut præmium immortalitatis, debitum, & reſpondens illis in patria tandem adipiſcamur. Vide Diſſ. xxxv. cap. vii. §. iv.

d *Vel coronam fidei*, *vel præmium immortalitatis*. Vide Lib. iv. cap. xxv. ſeg. 10. Heum. *Lego*, inquit, *& præmium immortalitatis*. Sed ex indicato jam loco, & ex cap. Primo libri *de Mortibus Perſecutorum*, lectionem Mss., editorumque magis, magiſque tuemur, atque illuſtramus. In Codice Bon. ſic liber iſte clauditur. *Epitomen Libri Septimi Lib. x. explicit feliciter*. *Legenti vita*. In Codice vero Taur. *Explicit Liber de Opificio Dei incipit Epitome*.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

4-3-4

Digitized by Google